I. N. J.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

PROBATIONE CONTRA PRÆSTITUM JURAMENTUM LEGALE;

Quam

ANNUENTE NUMINE DIVINO,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. FRIDERICO WILHELMO
REGNI BORUSSIACI HEREDE &c.
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
DN. SAMUELE STRYKIO, JC:
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO
PATRONO SUO OMNI HONORIS CULTU VENERANDO
PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure honores capeſſendi
IN AUDITORIO MAJORI
D. 30. Julii A. MDCCI. horis ante & pomeridianis
Publicæ Disquiſitioni ſubmittet
AUTOR
CHRISTOPH SEMLER. Hall. Saxo.
Regiminis Magdeb. Advocatus

Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PRÆFATIO.

DAbis veniam, benevole Lector, ſi præſentes theſes hac elaboratione, quam materiæ gravitas xpoſcebat, non invenies expolitas. Forenſia enim aliaque negotia, quibus hucusque fui immerſus, non permiſeruntea, quæ de uno alterove in Praxi mihi circa hanc materiam obveniente caſu collegeram, penitius excutere, ut hinc rudi plane Minerva Inauguralem hanc conſcribere fuerim coactus. Si in hac vel a communi, vel a quorundam graviſſimorum Juris Conſultorum opinione abii, non meæ temeritati Lector candide, ſed infelicitati potius, adſcribas, quodin eas theſes inciderim, in quibus plerumque DD. ſibi invicem contrariantur. In tanta itaque opinionum colliſione cum unam eligere oportuerit, ſalva Diſſentientium autoritate eam non potui non eligere, quam fori noſtri obſervantia comprobavit. Si Divinum Numen vires, otium, majoremque experientiam largiturum ſit impoſterum, majori induſtria forſan revidebo haſce feſtinante Calamo conſcriptas paginas, & vel præſentem, vel aliam, ſi meliora fuerim edoctus, opinionem uberius defendam. Vale interim & Fave.

I. N. J.

CAP. I.

DE FUNDAMENTO PROBATIONIS CONTRA JURAMENTUM.

§. I.

In quantum quis ad verum dicendum adſtrictus ſit.

MAgiſtralis illa Moraliſtarum quæſtio, In quantum homo homini jure naturæ ad dicendam veritatem adſtrictus ſit? non incongrue ex principio illo naturali deciditur: Suum cuique tribuendum eſt. Etenim, ſi is, ad quem ſermo dirigitur, juxta Illuſtr. Pufend. *J. N. & G. lib. 4. c. 1. §. 7.* jus vel perfectum vel imperfectum habet, à me exigendi, ut ſenſa mei animi per ea verba & ſigna declarem, quæ illud ex conventione vel generali vel ſpeciali denotant, de quo cogitata mea exprimenda ſunt; Certe illa naturalis ſuum cuique tribuendi obligatio ad id me inſtigat, ut talia verba & ſigna adhibeam, quæ ſenſis animi de hac re declarandis correſpondeant, nec aliud, quam ſentio, dicam, & ſic alteri jus quæſitum intervertam, add. Grot. *de J. B. & P. lib. 3. c. 1. §. 11.* Illa autem ſui attributio in vero enunciando hoc ipſo non poteſt non pertinere ad juſtitiam, vocaturque hinc ad differentiam aliarum veritatis ſpecierum veritas juſtitiaria ab Excell. Thomaſio *in Jur. Div. lib. 2. c. 8. §. 52.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Sicut itaque in genere homines ad Imaginem juſtiſſimi Dei conditi in conſcientia adſtringuntur, ut juſti ſint erga proximum, & id, quod huic ex obligatione vel plena vel minus plena debent, ipſi non denegent, ſed amore juſtitiæ ſua ſponte præſtent; Ita idem in ſpecie de veritate illa juſtitiaria adſerendum & ſtatuendum eſt, quemcunque mortalium ad id in conſcientia adigi, ut circa ea, quæ ad rem præſentem, de qua veritas eloquenda eſt, ſpectant, ſenſa animi liquido & ſine falſi loquio declaret ei, qui id ab eo poſtulandi jus habet; hinc Pythagoras Ethnicus juxta Ælianum a Grotio *all. c. 1.* §. *20.* citatum, *lib. 12. var. hiſtor. c. 59.* pie omnino ſtatuit, duabus rebus hominem proximè ad Deum accedere, vera loquendo & benefaciendo aliis, quod multo magis a Chriſtianis obſervandum eſt quibus haec virtus *Epheſ. 4. verſ. 25. c. 6. verſ. 14. Pſalm. 15. v. 2.* aliisque Scripturæ locis tantopere injuncta eſt.

Veritas amore juſtitiæ enuncianda eſt.

§. III. Optandum eſſet, ut homines naturali illi obligationi in revelata lege repetitæ, ea quâ par eſt, promtitudine obtemperarent, & ſuum cuique etiam in vero enunciando præſtarent; Sed deplorandum omnino eſt, poſt lapſum Protoplaſtorum etiam in eloquenda veritate, ut reliquas juſtitiæ ſpecies jam omittamus, humanam naturam ita corruptam & depravatam eſſe, ut ad falſiloquia & mendacia corrupta inclinatione magis trahantur homines ad omne malum proclives, quam ut veritati juſtitiariæ litarent, & juxta ductum obligationis ex jure div. oriundæ, evitarent falſiloquia, maximopere ubi per veri ſuppreſſionem ſuo commodo conſulere poſſunt; quo itaque eo fortius homines adſtringerentur, ut veritati incumberent, ubi ea enuncianda, & ubi per eam ſuum proximo præſtandum eſt, in ſtatu illo corru-

ut quis eò certius verum diceret inventum eſt juſjurandum.

pto uſu omnium gentium, eoque in Chriſtiana religione non improbato, vid. Setſer. *de Juram. lib. 1. C. 2. per tot.* Struv. *Ex ff. 17. th. 13. add. c. 26. X. de Jurejur.* introductum fuit juramentum, tanquam acceſſorium aliquod vinculum dictæ prioris obligationis, add. Balduin. *in Caſ. conſc. Caſ. 4.* Pufend. *all. tract. lib. 4. c. 2. §. 6.* quo eo certius in eo, qui aliquid de facto illiquido & alia ratione commoda non demonſtrando, mediante juramento, adſerit, fallacia omnis ac perfidia, in altero, cum quo negotium eſt, dubitatio & incredulitas coerceatur, *add. c. all. 26. X. de Jurejur.* Nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem majores noſtri jure jurando arctius eſſe voluerunt, inquit Cicero *lib. 3. de offic. n. 74.* add. Finckelth. *obſ. 90. num. 14.* Grot. *lib 2. c. 13. §. 1.* eaq; ultima fides eſt inter homines tam Græcos, quam barbaros, quã nulla ætas delebit, quæ per jurata pacta ſponſores adhibet DEOS, inquit Halicarnaſſ. à Grot. allegatus. *dict. c. 13. §. 13.* Unde etiam pignus & arrha fidei vocatur, quæ omnis juſtitiæ fundamentum eſt, juxta Setſer *de Juram. in præfat. n. 3.* Cum enim jusjurandum nihil aliud ſit, quam adſertio religioſa, qua quis Deum, quem in ſua religione, add. Pufend. *all. c. 2. §. 4.* & Grot. *lib. 2. c. 13. §. 12.* Frantzk. *ad h. t. n. 12. ſeq.* pro juſto, vero, & omniſcio colit jurans, in teſtem, ſe vera loqui, vel expreſſe vel virtualiter, add. Struv. *Ex. ad ff. 17, th. 9.* Frantzk. *ad h. l. n. 32. ſeqq.* invocat, inſimulque miſericordiæ ejus eo ipſo renunciat, & pœnam in ſe depoſcit, ſi verum non enunciaret; certe per præſtationem ejusmodi juramenti præſumtio veritatis pro jurante plenarie inducitur: Cum non credendum ſit, illum, qui ſuam adſertionem deliberato jurejurando confirmat, tam impium futurum, ut falſum eloquendo

quid ſit Juramentum.

gra-

graviſſimam Dei ſui pœnam in ſe provocaſſe voluerit, uti infert Excell. Thomaſ. *all. Tr.c. 9. §. 2.* ibique alleg. Uffelm. *de offic. hom. circa Sermon. p. 106. §. 1.*

Solennitas juramentorum.

§. IV. Nolumus autem in præſentiarum ſolliciti eſſede ſolennitatibus, quæ pro forma externa à gentibus diverſæ religionis diverſi-mode in actu jurandi introductæ ſunt, eo omnes collimitantes, ut juraturi tot ſolennitatibus eo certius ad veritatem eloquendam adigantur, & a perjurio præſtando eo majori reverentia abhorreant, de quibus ſolennitatibus vid. Rauchb. *p. 2. qv. 2. num. 21. ſeqq.* Pufend. *all. c. 2. §. 16.* add. Struv. *Ex. 17. th. 1.* Zoeſ. *adtit. ff. de jurejur. num. 10. ibique all.* Nec noſtram quæſtionem facimus, an juramenta in conſideratione ad eum, cui veritas enuncianda eſt, vid. Frantzk. *2. Reſol. 8. n. 16. 29.* verba ad ſui ſubſtantiam requirant? Cujus affirmativam Gœdd. de *Contrah. ſtipul. in præf. n. 16. & c. 116.* Bartol. *ad l. 26. ff. de Jurej.* aliique DD. ex *Nov. 17. c. 6. & c. 16. X. de Jurej.* defendunt, quibus Fachin. *3. Contr. 8.* Seraphin. *de Privil. juram. Priv. 22. n. 116.* Borch. *de jurejur. c. 1. n. 23.* & Canoniſtæ *ad rubr. X. de Jurejur.* contradicunt, quamvis non diſpliceat diſtinctio inter conceptionem & prolationem juramenti, quam Weſenbec. *Conſ. 52. n. 18. &* Hilliger *ad Donell. Enucleat. lib. 24. c. 13. lit. B.* ſuppeditat; cui Frantzk. *all. reſol. n. 42. ſeqq.* adſtipulatur, quo ipſo evincitur, etiam à muto per ſigna verbis æquipollentia & per literas verum præſtari poſſe juramentum, *arg. l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ. & l. 29. C. de Teſtam. l. 48. de obl. & Act.* Frantzk. *all. Reſol. 1. n. 47.* Nec tempus etiam nec pagina patitur, ut uberiores ſimus in enumerandis juramenti ſpeciebus & excogitatis diſtinctionibus, de quibus Struvius aliique omnes Commentatores *ad tit. ff. & C. de Jurejur.* conſulendi ſunt

an juramentum verba deſiderat.

ſunt, add. Seraphin. *de Privil. Juram. in præfat.* ibique Benekend. *n. 26. ſeqq.* Pufend. *all. c. 2. th. 18. ſeqq.* ad quos Lectorem remittimus, cum in præſenti labore non niſi de juramento in judicio præſtando ejusque non infima ſpecie, juramento ſcil. legali ſ. neceſſario brevibus acturi ſimus.

De Juramento in judicio præſtando. §. V. Etenim cum jusjurandum eum in finem apud gentes invaluerit, ut quis metu Divini Numinis in teſtem & vindicem provocati a falſiloquio abhorreat, & per veri enunciationem eo certius alteri jus ſuum tribuat, uti *th. 2. & 3.* demonſtratum dedimus, certe per ſe pateſcit, ad corroborandam alicujus judicialem aſſertionem religioſam eiusmodi aſſeverationem & invocationem omniſcii Numinis ad excludendam omnem fallaciam eò magis neceſſariam eſſe, dum in judicium non deducitur, niſi quod perfecte alicui debetur, in quo quis eo minus per falſiloquia circumveniendus eſt. Illud autem juramentum, quo lites illiquidæ (nam ubi veritas cauſæ aperta eſt, jurejurando abuti non debemus, ne nomen Dei in re liquida in vanum adſumatur *c. Ceſſante X. de Appel.* Mev. *5. deciſ. 201.* Carpz. *Proc. tit. 13. art. 1. num. 165. ſeqq.*) in judicio deciduntur, vel à parte defertur vel à judice. Illud habet locum, etiamſi deferens nihil probare potuerit *l. 7. & 34. §. ait prætor. l. 35. pr. & l. 38. ff. de jurejur. l. 11. §. 1. ff. de Act. rer. amot. l. 25. §. pen. ff. de Probat.* Carpz. *1. Reſp. 77. num. 7.* add. Frantzk. *ad h. t. num. 103. ſeqq.* ſub auctoritate tamen & approbatione judicis, juxta Donell. *lib. 24. cap. 18.* ibique Hillig. *lit. D. E.* add. *l. 12. C. de Reb. cred. & jur.* tam expreſſa qvam tacita Carpz. *3. Reſp. 52. num. 3.* vocaturque communiter juramentum judiciale, non eo

quod duplex eſt vel Judiciale

in

in ſenſu, quo Vultejus *in Juriſpr. Rom.* Colleg. Argentoratenſe & ipſe Cujac. aliique à Mart. *in Proc. tit. 18. rubr. num. 20.* allegati DD. judiciale jusjurandum ſumunt. Quod autem pars parti jusjurandum defert, non eſt ſpecies legitimæ probationis, ſed potius a probatione relevatio *argto l. 5. §. 2. & l. 30. pr. ff. de jurejur.* Frantzk. *lib. 2. Reſ. 14. num 29.* Pacian. *de Probat. l. 2. cap. 46. n. 121. ſqq.* Zang. *de Except. p. 3. c. 26. n. 120. ſeqq.* habetque vim confeſſionis, non quidem ex ſe, ſed quia unus alteri deferendo videtur confiteri id, de quo adverſarius juxta delationem ſit juraturus. vid. eleg. Carocc. *de juram. lit. deciſ. qv. princ. 22. n. 5.* add. *l. 39. & 40. ff. h. t. & l. 1. §. 2 ff. quar. rer. act.*

§. VI. Hoc autem Juramentum legale, quod a judice imponitur & hujus loci eſt, neceſſarium etiam dicitur, quod nimirum judex vel neceſſario etiamſine ſpeciali imploratione illud deferre teneatur, vel qui a cauſa dubia aliter decidi non poteſt juſte, niſi hujus juramenti adminiculo; nam quod alii ideo etiam neceſſarium vocari putent, quaſi quis illud neceſſario ſubire teneatur, add. Beuſt. *ad Rubr. de jurejur. n. 83.* illis opponitur, quod ita jurare juſſus probatione conſcientiam ſuam in multis caſibus defendere, & ſic ſe juramento etiam huic ſubtrahere poſſit, add. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 9. art. 3. n. 30.* Carpz. *p. 1. Conſt. 14. def. 20.* Brunnem. *ad l. 30. ff. h. l. n. 3.* Eſt autem hoc *juramentum neceſſarium*, QUOD JUDEX arg. *l. 31. Verb. judices ibique* Accurſ. *ff. & l. 3. C. h. t.* OB INOPIAM PLENÆ PROBATIONIS. vid. eleg. Schilt. *Ex ad ff. 23. th. 39. ſeqq.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 21. th. 10. lit. A. verſ. ſed quæ hic Dicendæ Cauſæ dubiæ &c.* Diſſ. Donell. *lib. 24. c. 19.* quem refutat Hilliger. *lit. C. usque V.* Ergo non ob totalem probationis defectum; ſi enim plane nihil probatum eſt, quod defectus probationis dicitur,

vel neceſſarium.

Digitized by Google

vid. eleg. Hilliger *all. lit. s.* tunc quis abſolvitur, *add. l. 4. C. de edend.* Carpz. *3. Reſ. 77. n. 22.* Et ſic eſt corroboratio imperfectæ probationis Carpz. *Proc. tit. 14. art. 5. n. 6.* & probationis vicem ſubit. *id. tit. 12. art. 2 n. 84. & p. 1. Conſt. 12. def. 13. n. 7.* CAUSA COGNITA, *add. l. 3. C. h. t.* Ergo non libere, ut alias litigantes deferre poſſunt, juxta §. *anteced.* Cum Judex dominus litis non ſit, ſed tunc demũ, Cauſa ſi dubia alia ratione quam per juramentum decidi non poteſt, add Umm. *diſp. ad Proc. 14. th. 13. n. 72 & th. 18. n. 93.* in illa autem cognitione ponderanda eſt qualitas probationis perſonæ & cauſæ, add. uber. Hilliger *ad Donell. all. cap. 19. lit. T.* Mev. *7. Deciſ. 376.* Menoch. *lib. 2. A. J. Q. Cent. 5. Caſ. 464. n. 22.* Maſcard. *de Probat. Vol. 2. Concl. 956. n. 2.* VEL ACTORI VEL REO pro diverſitate probationis, vid. Bachov. *ad Treutl. all. Ex. 21. th. 10. lit. C.* ad integrandam probationem aut elidendam præſumtionem, add. Schilt. *all. Ex. th. 41. l. 3. C. & l. 31. ff. h. t.* imo etiam deferre teneatur, per jam all. *l. 3. C. h. t. & l. 37. de V. S.* add. Setſer. *de juram. lib. 3. c. 11. n. 25.* Carpz. *Proc. tit. 12. art. 2. n. 8. 16. & 17. & p. 1. Conſt. 23. def. 1. & 2.* Mev. *d. Deciſ. 368. n. 3.* Hilliger. *ad Donell. all. c. 19. lit. X.* Gail. *1. Obſ. 108. n. 5. add. c. fin. x. de Purgat. Can.*, quod & in Praxi communiter receptum eſt, adeo ut ſi non imponit, locum faciat appellationi vid. Carpz. *part. 1. Conſt. 23. def. 2. &* Moller. *ad eand. n. 5.* non obſtante *all. l. 31. verb. ſolent. ff. h. t.* add. Setſer. *de Juram. lib. 4. c. 11. n. 6.* Seraphin. *de Privileg. Juram. Privil. 33. n. 4. ibique* Benek. *n. 5. & 164.* Diſſ. Jaſon, *ad l. 31. ff. h. l. n. 15.* Donell. *lib. 24. C. 11. n. 8.* & ex eo Berl. *1. Concl. 53. n. 53.* item Weſenb. *in paral. ad h. t. n. 11.* quem Commentatores Hahn & Zœſius in annotatis ſatis refutant. Treutler. *all. Diſp. 21. th. 10.* quem Commentator Bachovius *lit. A.* perſtringit.

§. 7.

§. VII. Dum autem ſupra th. 3. in genere diximus, ex juramento fortiſſimam pro jurante oriri præſumtionem, quod ſalutis æternæ memor veritatem dixerit, illud certè multo magis erit præſumendum in jurejurando coram Judice tot ſolennitatibus, ſuper re perfecte debita præſtito. Hinc ex illa præſumtione tot jurisjurandi effectus & privilegia fluunt, ut V. C. in foro externo pro veritate ejusque teſtimonio habeatur vid. *c. etſi Chriſtus X. de Jurejur.* add. *l. 56. ff. d. t R. Jud.* & ſit omnis diſputationis finis, juxta divinum ſcriptorem ad Hebr. *c. 4. V. 16.* jung. *l. 1. ff. h. t.* adeo, ut eo præſtito omnis actio ſuper hac re ſublata ſit, & juxt. *l. 5. §. 3. ff. h. t.* nihil amplius quæratur, quam an juratum, aut ſuper præſtito judicatum, & ſic lis finita ſit. add. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 26. th. 8. lit. C.* Zanger. *de Except. p. 3. c. 16. n. 11. ſeqq.* Faber. *in C. lib. 4. tit. 1. def. 11.* Hinc etiam omnem naturalem obligationem per ejusmodi religioſam adſeverationem tolli ex *l. fin. pr. h. t. l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* DD. communiter ſtatunnt, de quo infra dicendum. Comparatur itidem transactioni, juxt. *l. 2. ff. h. t.* ibique uber. Beuſt. vid. Seraph. *de privil. Juram. priv. 151. per tot.* Carpz. *lib. 6. Reſp. 4. n. 11. n* etiam in connexis, juxta Benekend. *ad Seraph. priv. 104. n. 2.* imo majoris efficaciæ eſſe dicitur, quam judicatum in *all. l. 2. ff. h. t.* ibique *Beuſt. n. 34. ſeqq.* Duar. *ad tit. de Jurejur. cap. 26.* Carpz. *1. Conſt. 15. def. 51. n. 15.* habetque vim probationis juxt. Menoch. *lib. 1. pr. ſ. n. 34. & 35.* Mev. *4. Deciſ. 6. per tot.* Weſenbec. *in parat. de probat. n. 4.* & ſi qui alii in legibus fundati ſunt effectus, de quibus uberius Seraphin. in alleg. peculiari ſuo tractatu, aliique DD. conſulendi ſunt.

De effectu Juramenti præſtiti in judicio.

§. VIII. Quid autem in ſpecie de juramento neceſſario, cujus mentio in th. 6. facta fuit, ſtatuendum ſit

An Ergo iuramentum neceſſarium

An admittat Probationem in contrarium?

Affirmatur.

ſit, penitius inquiramus. Ubi illud equidem non negandum, etiam huic juramento in dubio non denegandos eſſe effectus in th. antec. relatos; Sed magis ardua quæſtio eſt, an hoc juramentum & ſententia illud ſubſecuta admittat probationem contrarii, ita, ut præſumptio illa veritatis ex ejus præſtatione orta per probationem contrarii elidi poſſit. Affirmatur in famoſa illa *l. 31. ff. de Jurej.* quam in verbis initialibus de juramento neceſſario intelligendam eſſe communi omnium DD. (ſi Duarenum cum ſuis aſſeclis exceperis *lib. 2. Diſp. c. 33.* Cujus ſingularem opinionem perſtrinxit Schilt. *Ex ff. 23. th. 43. ſeqq.*) opinione, quæ inſtar legis & a judice in dubio attendenda eſt, probatur, vid. Bartol. Bald. Jaſon. Salic. Caſtrenſ. Accurſ. & omnes alii, qui ad hanc legem ſcripſerunt. jung. Struv. *Ex. ff. 17. th. 56.* Quæ opinio etiam ex ipſa lege apparet, ubi illud juramentum, in quo probatio contrarii conceditur, non ſolum dicitur *exactum;* exigere autem eſt ab invito extorquere, *arg. l. 15. §. 12. ff. de Leg. 3.* quod non niſi juramenti neceſſarii proprium eſt, ſed etiam contra diſtinguitur ei, ubi partes per delationem jurisjurandi ſuper lite tranſigunt. jam vero cum illa delatio tam in judicio, quam extra judicium fieri poſſit, & in utroque hoc eadem tranſactionis ratio, & per conſequens eadem probationis contrarii denegatio adſit, ſicque nulla alia juramenti in judicio præſtandi ſpecies reſtet, quam neceſſarium, per ſe fluit, verba legis ab initio usque ad *§. quod ſi alias &c.* non de alio quam de neceſſario juramento à judice ſuper cauſa dubia impoſito loqui.

§. IX. Pro cauſa efficiente hujus deciſi JCtus venditat *Conſtitutiones* Principum, quas tamen in Codice repe-

petitæ prælectionis non reperiri, Accurſius aliique *Comment. ad h. l.* putant, jung. Jaſon *ad h. l. num. 4.* ubi diſſentientes refutat. Illi enim effectus, quod poſt Juramentum & judicatum denovo agere non amplius liceat, originem ſuam habent à voluntate Principis, in eo ſe fundante, ut litium finis ſit in Republica; Cum alias citra hanc legem poſitivam, & rem conſiderando ex nudis juris naturæ principiis juramentum & judicatum juſtum ex injuſto non faciat, nec actionem certis probationibus de novo ſuffultam impediat. Si itaque illi juramenti & judicati effectus à lege poſitiva orti ſunt, certe nec denegari poteſt Legislatori poteſtas legum harum à ſe latarum in juramento legali per ſpeciales conſtitutiones facere exceptionem; cujus ratio juri naturæ non repugnare, ſed potius ex ejus principiis prono alveo derivari poſſe videtur, ad quæ principia comm. Legislatoria poteſtas in condendis legibus poſitivis omnino reſpicit. Poſito enim, quod ſuum cuique tribuendum ſit, certe etiam ille, qui ex noviter repertis documentis convinci poteſt, quod alteri aliquid perfecte debeat, ad id præſtandum mediante actione adigendus erit, licet deſuper juraverit; nam juramento non obſtante nihilominus alteri nondum tribuit, quod ex obligatione naturali tribuere debet. Accedit, quod ſi nemo cum alterius damno locupletari debeat, ſequatur, quod is, qui juravit ſe non debere, ſi retinet, quod tamen ſe debere ex noviter repertis documentis convinci poteſt, adhuc locupletior ſit cum alterius damno. Ergo huic injuſtum hoc lucrum per novæ actionis conceſſionem extorqueri & damnum reſarciri nefas non eſt. Refert inſuper Gloſſa *ad h. l.* pro ratione unica harum

B 5 con-

conſtitutionum odium perjurii,& Carpz. *proc. tit. 12. art. 3. num. 75.* odium doli, quaſi ejus probatio ſemper ſalva eſſe deberet, quibus annumeratur Roland. à Valle *Vol. 4. Conſ. 87. num. 14.* adſerens, ideo in hoc juramento admitti probationem in contrarium, quia probatio per juramentum non plus operari poteſt quam quæ per teſtes & inſtrumenta ſuſcipitur, & nihilominus probationem contrarii non reſpuit, de qvibus tamen rationibus nolumus adſerere, quod unicæ ſint, & univerſaliter valeant; nam ſic ſequeretur, quod contra quodvis juramentum præſtitum & quodvis judicatum probatio contrarii de novo ſuſcipi poſſit, quam opinionem nos non defendimus.

§. X. Specialior autem ratio harum conſtitutionum fuiſſe videtur, quod judex invita altera parte ob inopiam probationis juramentum hoc tanquam ultimum ſubſidium ex neceſſitate electum, add. Seraphin. de Privil. Juram. *priv. 33.* ibique Benekend. *n, 34. ſeqq.* Hahn *ad Weſenbec. parat. h. t. n. 11.* injunxerit. vid. Caſtrenſ. *ad l. 31. h. t. n. 17.* Si itaq; novæ ſubminiſtrantur probationes ex quibus defectus probationis, qui priorem ſententiam produxit, & rei veritas aliter demonſtrari poteſt, tunc res redit ad non cauſam vid. Caſtrenſ. *all. l.* & per conſequens ob ceſſantem Cauſam, ſine qua abſolutus vel condemnatus quis non fuiſſet, ſententiæ non poteſt eſſe amplius locus, ſed ejus vis ex nova ejusmodi probatione ſupervenienter reſcinditur & redigitur in nihilum uti loquitur Weſenb. & ejus Comentator Hahn *all. l.* add. Peretz, *in C. ad tit. de R. judic. n.* Bronch. *Cent. 2. aſſ. 26.* Imo qui præſtitit ejusm. juramentum neceſſarium, juravit in cauſa propria, in qua juxt. *l. 10. ff. & C. de Teſt.* nemo teſtis ad-

admittitur; cum itaque ſententia juramentum ſubſecuta, non ex vera, ſed ex privilegiata, ſubſidiaria, & ex dubietate cauſæ orta probatione lata fuerit vid. eleg. Benekend. ad. Seraph. de Privileg. Juram. *priv. 33. num. 34. ſeq.* hanc nunquam *ad hunc effectum* vires rei judicatæ adipiſci, ut non per novas probationes cauſa retractari poſſit, Dd. unanimiter ſtatuunt. add. Weſenb. *all. num. 11.* Strauch. *de juram. ſupplet. c. 6. §. 3.* Setſer. *de juram. lib. 4. cap. 17. §. 6. ibique plures all. add.* Jaſon. *in repet. I. ad L. admonendi, num. 10.* Beuſt. *num. 32. ſeqq.* jung· Mev. *1. deciſ. 13. num. 7.*

§. XI. Jam inquirendam erit in dubia, quæ aſſertionem noſtram ex *th. 7.* vellicant. Ubi primo affertur *l. 56. de R. Jud. l. 1. l. 5. §. 3. b. t.* qui textus de juramento delato, vel de regula, vel de caſu dubio, ubi contrarium nondum demonſtratum eſt, loqvuntur, non autem juramentum neceſſarium ſtringunt, quæ differentia in *all. l. 31.* expreſse demonſtratur. Eadem reſponſio eſt ad dictum Pauli *ad Hebr. 4, v. 16.* cum exinde exceptio de juramento legali per conſtitutiones Principum introducto non infringatur, nec credendum ſit, ſanctum Apoſtolum probationem contrarii, qua ex lege civ. impium lucrum alteri extorqueri poteſt, voluiſſe excludere? Quod autem in *l. fin. ff. b. t. & l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* dicitur, per juramenti præſtationem tolli obligationem naturalem, illæ LL. de juramento delato loquuntur, quod ex conſenſu partium conſiſtit non de neceſſario, quod à judice altero invito imponitur. vid. Bartol. *ad l. admonendi ff. de Jurejur. num. 12.* Beuſt. *ad l. 2. ff. b. t. num. 16. ſqq.* & Jaſon. *ad eund. num. 4.* quamvis ex principiis juris naturæ non dubitemus adſerere, obligatio-

Reſponſiones ad rationes Dubitandi.

An iuramentum delatum præſtitum tollat obligationem naturalem.

tionem naturalem nec per juramentum delatum tolli, cum quis nihilominus alteri ſuum nondum tribuit, licet centies deſuper præſtiterit juramentum; non enim ex eo ſublata eſt obligatio interna, aut quis minus in conſcientia obligatus eſſe incipit, quod mediante juramento abſolutus ſit. Ut ut itaque non negemus in *all. l. ult. ff. h. t.* aliisque textibus, ſtatui, ſublatam eſſe per ſacramentum obligationem naturalem, tamen illud intelligimus de hac obligatione naturali, quæ à Jure Civ. quoad effectum excipiendi approbata eſt, & in LL. in ſpecie naturalis obligatio dicitur, add. *l. 19. de O. & A. l. 16. §. 3. de fidej. l. 13. de Condict. & paſſim.* Exinde autem non eſt inferendum, quod omnis obligatio naturalis, ſubinde ſimul in debitore extincta ſit, cum reperiantur aliæ obligationes naturales, quæ à jure civ. (quod ex ratione Politicâ effectus juri naturali denegare poteſt in republ.) nec ad effectum excipiendi approbatæ, nec ad effectum agendi confirmatæ, imo in totum reprobatæ ſunt, ut ex fidejuſſione mulieris naturaliter omnino obligatæ apparet, quæ ideo etiam ſolutum juxta *l. 40. ff. de condict. indeb. & l. 9. C. de fidej.* repetit. *add. eleg.* Carpz. *p. 2. Conſt. 15. def. 7. num. 14. ſeqq. ibique all.*

An præſtito Juramento Delato omnis Civ. actio extincta ſit.

§. XII. Quod attinet *l. 2. ff. h. t.* aliosque textus, in quibus juramentum transactioni æquiparatur, quo conſtat eos eadem ratione loqui de eo caſu, per delationem jurisjurandi negotium transactum eſt, quod in juramento neceſſario ceſſat, uti duo hi caſus in all. *l. 31.* ſibi invicem perſpicue opponuntur. Ex quo textu junctis *l. ult. pr. h. t. & l. 1. C. h. t. l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* concludendum omnino eſt, ob extinctam obligationem civ. & naturalem (in ſenſu civ. ſumtam) nullam actionem in foro civ.

Civ. poſt præſtitum jusjurandum delatum ſupereſſe, licet quis perjurium docere poſſit. *add. eleg. l. 21. ff. de Dol. Mal. L. 1. & l. 12. §. 3. C. de jurejur.* Jaſon. *ad l. 31. ff. h. t. in repet. 1. n. 4. ſeqq.* Diſſ. equidem Berlich. *1. Concl. 35. n. 8. & DD.* communiter eo in caſu, ubi in continenti perjurium per inſtrumenta probari poſſet, ſed huic adſerto LL. jam allegatas opponimus. Nec rem conficit a Berlichio aliisque all. *l. ult. C. de Reb. Cred.* nam illa L. loquitur expreſſe de eo caſu ſpeciali, ubi non inſpecto teſtamento heres ſuper legato prætenſo detulerat juramentum; quemadmodum autem non licet tranſigere ſuper teſtamento relictis, niſi tabulis inſpectis *per l. 6. ff. de Trànsact.* add. uberius Struv. *Ex. 6. th. 57.* ita etiam nec licuit deferre juramentum, quia per eam delationem cum Legatario contra LL. qvaſi transactum fuit, add. Franzk. *ad h. t. n. 169.* hinc ſpecialis caſus regulam noſtram non evertere valet, pari ratione, uti ea nec per *l. 9. §. 4. l. 28. §. 10. ff. & l. 1. fin. Cod. h. t.* impugnatur. Nam primus textus loquitur de minore contra transactionem, & per conſequens etiam contra juramenti delationem, ſi captus eſt, reſtitutionem habente *L. 28. §. 10* loquitur de eo caſu, ubi is, qui prius juravit, deferendo de novo alteri juramentum ſuper contrario, a ſuo jure & juramento videtur receſſiſſe. In *l. 1. fin. C. h. t.* mentio fit exceptionis a lege factæ, quæ firmat regulam in caſibus non exceptis, add. Godofr. *ad h. l. lit. b.* Frantzk. *ad h. t. n. 169.* Alii putant, vocabulum: *lege*, idem h. l. denotare, ac *Conventione*, uti fit in *l. 10. C. de Pact.* quam opinionem cum Frantzkio *ad. h. t. n. ll. 169.* ipſis non invidemus, cum ubique adſertio noſtra non infirmetur, ſed per ejusmodi objectiones potius convalidetur. Nec obſt. quod ob falſa inſtrumenta judicatum impugnari poſſit, *per l. 1. & 2. & tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtr*

quia id etiam ob falſum juramentum fieri poſſet, ſi appareret aliquem non juraſſe, ſi quis autem revera juravit, non amplius quæritur, an adſertum verum ſit, vid. Caſtrenſ. *ad h. l. num. 21.*

An præſtito delato juramento nullum remedium amplius ſuperſit.

§. XIII. An autem Judex ad delationem alterius pejerantem detecto perjurio ex officio punire poſſit, item, an is contra quem juramentum delatum præſtitum eſt, eveniente manifeſta contrarii probatione adminimum denunciationem Evangelicam habeat, aut, an eo in caſu, de quo *l. 19. C. de Transact. verſ. ſane ſi per ſe*, loquitur, reſtitutio in integrum competat, ſi per delationem & præſtationem juramenti hoc modo transactum eſt negotium *add. l. 33. ff. de R. J.* penitius ob penuriam temporis non inquiremus, in id magis intenti, ut deciſionem noſtram ab ultima objectione liberemus, qua juxt. *§. 7. fin.* jusjurandum cum judicato æquiparatur, imo majoris autoritatis eſſe creditur. Rem Judicatam autem ſub prætextu novorum inſtrumentorum poſtea repertorum reſtaurari, exemplo grave eſt, inquit *l. 4. C. de Re Jud.* ſed & hic ſalva nobis res eſt. Nam illam L. de ſententiis ex vera & ordinaria probatione latis loqui, jusjurandum autem neceſſarium non eſſe veram, ſed privilegiatam & ſingularem probationem DD. unanimiter ſtatuunt, add. Weſenbec. *parat. ad tit. de Jurejur. n. 11.* Brunnem. *ad all. l. 4. C. n. 3.* quamvis in eo, quod Carpz. *p. 1. C. 15. def. 5.* Beuſt. *ad l. 2. ff. de Jurej. n. 33.* & communis DD. Schola ſtatuit, ſententiam ex juramento ejusm. neceſſario latam plane in vim judicati non abire, cum iis non conſpiremus, putantes ſententiam ejusmodi vires rei judicatæ omnino adeptam eſſe, licet ex poſtfacto impugnari poſſit. add. Brunnem. *in Proc. Civ. c. 23. n. 33. princ.* In quibus autem caſibus Juramentum majorem habeat autoritatem

tem quam judicatum, uberius oſtendit Beuſt. *ad all. l. 2. ff. h. t. n. 34.* ubi differentia *in l. 60. ff. de Cond. indeb.* & *l. 94. §. 5. ff. de Solut.* bene ponderanda eſt.

§. 14. Salva itaque adſertio noſtra eſt, quod non obſtante juramenti neceſſarii præſtatione cauſam de novo agere liceat ob noviter repertas probationes, idque obtinet (1) ob generalitatem legis & rationum non ſolum in eo caſu ubi juramentum hoc bona fide & ſalva conſcientia, v. c. ſuper facto alieno & credulitate vid. *cap. 2. §. 3. inf.* Sed etiam tunc, ubi ſtudio, & contra conſcientiam perjurinm commiſſum fuit, tunc enim Reo Exceptionẽ rei judicatæ alleganti non ſolum l. noſtra opponitur, ſed de dolo replicari poſſe autumat Schilt. *Ex. ad ff. 23. th. 44.* quamvis ſecurius eſſe exiſtimemus, ut is qui ex integro cauſam inchoare vult, nullam doli faciat mentionem ſed ſimpliciter ſe in *in l. 31. ff. h. t.* fundet, quo ipſo non ſolum difficilis doli probatio evitatur, *infra c. 4. §. 5.* Sed etiam objectio de juramento delato removeri poteſt, de quo antec. *§. 9. & 12.* dictum fuit, quod autem Bald. *ad h. l. num. 7.* putet in perjurio doloſo etiam admitti Documenta quorum copiam quis ante juramentum habuit hanc ſententiam equidem æquitati naturali, de qua *th. 9.* actum, abſtrahendo à lege poſitiva contrariari non putamus, ſed tamen nolumus etiam defendere, eam in foro obtinere, in quo, uti cuivis negotio ita & probationi per documenta certa aLLatore poſita ſunt fatalia. Si quis itaque ante juramentum à judice exactum documenta habuit, ſed ea ad fundandam ſuam intentionem producere, & iis probationis defectum ſupplere ſponte noluit, ſibi ſuam in non obſervato fatali imputare debet negligentiam. Accedit, quod lex ſæpius

Probatio noſtra Conceditur, 1) ſive bona fide ſive dolo juramentum legaliter præſtitum fuerit.

all. generaliter documentano viterreperta requirat, quibus quis ſolis in hac actionis redintegratione uti debet, quo ipſo ob generalitatem textus omnia ea documenta excluſa ſunt, quæ quis antea habuit, ſed neglexit producere. vid. infr. *cap. 3. th. 1.*

2) ſive Actor juraverit ſive Reus.

§. XV. (2) Habet illa probatio locum, ſive Reus præſtiterit juramentum neceſſarium&abſolutoriam obtinuerit ſententiam, ſive actor juraverit, & ad probationem imperfectem fuerit condemnatus: Nam quamvis de primo caſu *l. 31. ff. h. t.* conſcripta fuerit in verb: *abſolutus fuit*, tamen illud contingentiæ facti, de quo JCtus tunc interrogatus fuit, magis adſcribendum eſt, quam ut exinde Reus condemnatus á probatione quæſtionis debeat excludi, quod non ſolum ex verb. ſubſeqv. *ſolent enim &c.* apparet, quippe quæ generaliter tam ad actorem, quàm ad Reum applicari poſſunt, ſed etiam paritas rationis, imo Regula firma eſt, quod favorabiliores ſint partes Rei quàm Actoris per *l. 135. ff. de R. Jur. l. 47. ff. de O. & A. l. 38. ff. de R. J.* Si ergo juxta verba legis Actor non obſtante rei jurejurando contra eum cauſam retractare poteſt, licet Reus fuerit abſolutus, certe huic probatio ejusmodi multo minus deneganda erit, ſi condemnatus eſt ad probationes imperfectas actoris, uti ex juramento ſuppletorio, in litem, diffeſſionis aliisque in *cap. ſeqv.* patebit.

3. ſive ſententia jam tum fuerit ſubſecuta ſive non.

§. XIV. (3) Probatio illa admittitur, non ſolum ubi poſt juramentum ſententia judicis nondum intervenit, & quis ſola deſtinatione vel abſolutus vel condemnatus fuit, uti quidam juxta Gloſſam ſat incongrue & violenter hanc legem reſtringere volunt; ſed etiam ſi ſententia jam tum lata, imo vires rei judicatæ adepta fuit, quod tam

tam ex verb. *abſolutus fuit*, item *judicare &c*, quam ex mente JCti rationumque generalitate perſpicue eluceſcit. Quomodo autem eo in caſu probatio contrarii, qua qu is ſententiæ pronunciationem & executionem poſt præſtitum Juramentum impedire intendit, comparata eſſe debeat infra *cap. 3. §. 1. ſeqq.* dicturi ſumus.

CAP. II.

DE SPECIEBUS JURAMENTI LEGALIS, IN QUIBUS PROBATIO ADMITTITUR.

§. I.

An plures dentur juramenti legalis ſpecies, quam ſuppletorium.

Brevibus nunc percurramus ſpecies Juramenti neceſſarii a Judice partibus impoſiti, oſtendendo an & in quantum in unaquaque harum noſtra contrarii probatio de novo ſuſcipi poſſit. Licet enim quidam Dd. non niſi unum Juramentum neceſſarium faciant, ſuppletorium ſcil.. quæ implicita eſt Lauterb. *ad h. t. p. m. 185.* & Beuſt. *ad l. 31. ff. h. t. n. 143.* Setſeri, aliorumque opinio; ab iis tamen merito recedimus, certi, plures dari cauſas dubias a Judice non niſi mediante juramento neceſſario decidendas, & per conſequens plures etiam dari hujus juramenti ſpecies, quam ſuppletorium, quas non ſolum Praxis communis, ſed etiam ipſe parum ſibi conſtans Beuſtius *ad rubr. tit. de Jurejur. n. 126.* agnoſcit; Nec in videbimus Lauterbachii aſſeclis diſtinctionem inter acceptionem Juramenti neceſſarii generalem & ſpecialiorem, *jung. arg. §. 4. I. de adopt.* quaſi in alleg. loco non de hac, ſed de illa Lauterbachius loqueretur, modo nobis quoque largiantur, pluralitatem ſpecierum, quas jam perluſtrabimus.

De Juramento ſuppletorio unde ortum fuerit.

§. II. Primo itaque occurrit Juramentum ſuppletorium, quod non inveteratis Pragmaticorum noſtrorum erroribus, uti Faber *de Error. Pragm. Dec. 19. Err. 1. & in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 4. n. 5.* exiſtimat, ſed Juri Civ. juxt. *l. 31. ff. & l. 3. C. de Jurejur.* Canoniſato *in c. 2. X. de Prob.* originem debet, & vim habet ſemiplenæ probationis, juxt. Seraph. *de Priv. juram. priv. 33. n. 2.*

quid ſit

Eſt autem, quod a JUDICE CAUSA COGNITA, vid. Menoch. *l. 2. arb. ind. qu. Caſ. 190. n. 19.* Müller *ad Struv. Ex. 17. th. 43. lit. V.* Magdebl. Proc-Ordn. *Cap. 39. §. 2. & 4.* VEL REO, ſi ſuam Exceptionem, vel ACTORI, ſi actionem, licet non perfecte tamen ad minimum ſemiplene probavit, AD DECIDENDAM hance CAUSAM DUBIAM IMPONITUR parte etiam non petente. Coler *in Proc. Exec. 1. cap. 10. n. 140.* Klock. *2. Conſ. 73. n. 21.* vid. alleg. Ord. Proc. Magd. §. *2.* Mev. *p. 3. dec. 417. & p. 8. deciſ. 368.* Setſer. de *Juram. lib. 4. c. 11. n. 10.* jung. uber. Mart. *Proc. tit. 30. n. 78. usque 90.* ubi fuſius. quod & in Camera receptum eſt, juxt. Gail. 1. *Obſ. 108. n. 4. per. l. 3. verb. oportet C. h. t.* & quia Judex juſtæ litium deciſioni quacunque ratione ſtudere debet: Hinc duæ hæ probationes ſemiplenæ combinantur, & unam probationem efficiunt. add. *l. 5. C. de Probat. c. 27. X. eod.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 18. n. 10.* Faber. *in C. lib. 4. tit. 1. def. 66.* Sichard. *ad l. 3. C. de Reb. Cred. n. 12. fin.* In quibus autem cauſis non admittatur hoc juramentum. vid. Faber. in *Cod. lib. 4. tit. 1. def. 44.* Mart. *all. l. n. 28. usque 70.* Berl. 1. *Concl. 54.* ubi obiter notamus, in Praxi & Jure

an etiam de Credulitate iuretur

Magd. juxt. *Ordin. Proceſſ. c. 29. §. 9.* etiam heredibus concedi, ut ſuper facto defuncti de credulitate jurent, uti obtinui in cauſa C. D. contra C. J. S. hiſce formalibus: Würde Kl. *in ſupplementum* ſchweren/ daß Er glaube und davor halte/ es habe ſeine verſtorbene Frau dem Beklagten wahrhaſſtig 150. Thlr. geliehen/ und bey Ihm zufor-

dern

dern gehabt ꝛc. quod Decretum a JCtis Francofurtenſibus A. 1699. in inſtantia Apellationis confirmabatur. add. Carpz. *p. 1. C. 23. def. 8. & in Proc. tit. 12. art. 2. n. 50. ſeqq.* Mev. *1. deciſ. 161. n. ult.* licet nolim opinionem hanc ut Juri Comm. conſonam aliis obtrudere vid. Dn. Præſes ad Brunnem. *Jus Eccleſ. lib. 3. c. 3. §. 5.* Klock. *vol. 11. Conſ. 79. n. 16.* Bruckm. *Vov. 1. Conſ. 10. n. 93.*

§. III. Quamvis itaque juramentum ſuppletorium fuerit præſtitum, nihilominus ex principio *cap. 1.* eruto, probatio contrarii admittitur. vid. Mev. *1. deciſ. 13.* Setſer. *de juram. lib. 4. c. 17. num. 8. ſeqq.* Nicol. Calvol. *in Prax. Jud. §. ſententia definitiva Concl. 1. num. 97.* Carpz. *p. 1. Conſt. 15. def. 5.* quod in foro Magd. eo minus dubii habet, dum in all. *Ordinat Proc. cap. c. 39. §. 3.* illud expreſſe ſancitum eſt, uti tota die juxta hanc legem in dicaſteriis pronunciatur; Idem & de juramento credulitatis adſerendum. Cum enim ſuppletorio de veritate præſtito nihilominus ſuperſit contrarium probandi licentia, multo magis ſupererit poſt juramentum de credulitate & ignorantia, ſuper facto alieno exactum, quem caſum tractat Mev. *7. deciſ. 95. per tot.*

An contra hoc præſtitum probatio Contrarii locum habeat? an idem de juramento Credulitatis ſtatuendum

§. IV. Sequitur juramentum purgatorium, quod JUDEX IN CAUSA DUBIA ACTORI VEL REO, ſuſpicione, probatione ſemiplena inferiore, gravato ad eam elidendam IMPONIT, & quidem ex officio *c. fin. X. de purg. Can.* Camm. Gerichts Ordn. *p. 2. tit. 10.* Mev. *7. dec. 227.* Carpz, *p. 1. conſt. 22. def. 15.* Heigius *part. qv. 46. num. 42.* Diximus autem & Reo & Actori imponi poſſe, quam opinionem Hahn *ad Weſenb. de Jurejur. num. 10.* Carpz. *Proc. tit. 12. art. 2. n. 42.* Excell. Thomaſ. *ad Strauch. diſp. 25. th. 31.* Struv. *Ex. ad ff. 17. th. 45.* & plures alii fovent Diſſentiunt equidem Bart. ad *all. l. 31. h. t. n. 57.* Zoeſ. *ad tit. de*

Juramentum purgatorium quid ſit

Jure-

Jurejur. num. 22. Beuſt. *in Rubr. dict. tit. num 195.* aliique quam plurimi Dd. ſed quia omnes non poſſunt non fateri, hoc juramentum etiam Actori prius ad judicium provocanti imponi, non in re ipsa, ſed in luſu vocabulorum à nobis diſſentiunt, putantes, reum tunc per exceptionem actorem, & hunc Reum factum eſſe, per *l. 1. ff. de Except.* quam vocabuli acceptionẽ ipſis plenâ manu largimur, ſi modo in re nobiscum conveniant. Hoc juramentum à ſacris Canonibus primum inventum eſſe adſerunt Beuſt. *ad rubr. tit. de Jurejur. num. 203. & in l. admorenda, num. 131.* Godelm. *de Mag. & venef. lib. 3. cap. 4. n. 6.* Vallenſ. *ad decret. num. 1. h. t.* Setſer. *de juram. lib. 3. c. 11. num. 5.* a quibus ob manifeſtos textus in *l. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccl. l. 3. §. 5. C. de jur. dom. imp. auth. Novo jure C. de pœn. jud. q. mal. l. 26. fin. C. de uſur. l. fin. C. Fid Inſtr. l. 4. §. 3. ff. de edend. l. 1. §. 40. ff depoſ.* merito diſſentimus add. Excell. Thomaſ. *all. th. 26.* ad Strauch. Hahn ad Weſenb. *tit. de Jurejur. num. 10.* quamvis hoc juramentum in jure Canon. frequentius occurrere, & per Canones multis additionibus & ſolennitatibus illuſtratum hincque nomen purgationis Canonicæ adeptum eſſe non negemus. juxt. Heig. *1. qv. 40. n. 28. ſeqq. 4.* qui ut obiter notemus, equidem iu hac & præced. *pag. 176.* putat cum Strauchio aliisque, per purgatorium non directo, ſed per indirectum decidi litem. Aſt in eo à Strauchio diſſentit Commentator ejus, Excell. Thomaſ. *ad all. th. 26. & 31.* dum eo præſtito ſemper eadem ratione, uti fit in ſuppletiorio, definitiva eaque abſolutoria ſuper re jurata ſequitur ſententia, non obſtantibus porro præſumtionibus. *add. c. 8. & 10. x. h. t.* Item *c. Mennanm. c. quoties verſ. quod prædictus C. 2. qv. 5.* Carpz. *Proc. tit. 12. art. 3. §. 6.* Ord. Camer. Imperii *tit. 10. §.* und ſo er ſolche *Purgation* gethan.

Unde fuerit ortum.

an litem directo decidat

§. V.

§. V. Quæ autem præſumptiones adeſſe debeant, ſi purgatorio locus ſit, inquirere in præſenti non licet, ſed remittimus Lectorẽ ad Lauterbachium, Struvium, aliosque Syntagmatographos, in id unice jam intenti, ut videamus de quæſtione, an poſt hujus jurisjurandi præſtationem nihilominus probationi contrarii locus ſit. Beuſt. *ad l. admonendi. num. 174.* negative reſpondet, & in eo rurſus inconſtantiam & contradictionem prodit, nam in figuratione Caſus hujus legis *num. 7. & 11.* talem caſum ubi reus ob præſumtiones contra eum pugnantes præſtiterat purgatorium, & abſolutoriam impetraverat, expreſſe formavit, & poſtea *n. 26. ſeq.* dixit, in caſu hoc figurato non obſtante Juramento per hanc legem contrarii probationem admitti, quod certe cum *n. ſeq. 147.* non correſpondet. Affirmativa autem ex hac lege & rationibus ſupra *c. 1. th. 9. ſeqq.* defenditur à Dd. communiter, juxt. Setſer. *de Juram. lib. 3. c. 11. n. 45. ſeqq.* Carpz. *p. 1. Conſt. 15. def. 6. & Conſt. 22. def. 20. & in Proc. tit. 12. art. 3. n. 75. ſeqq.* Lauterb. *ad h. t. p. m. 178. lit. g.* Rauchb. *p. 2. qv. 3. n. 30.* Berl. *1. Concl. 52. n. 51.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 23. n. 38.* Juramentum enim hoc à Judice ex neceſſitate adhiberi ſolet ad excludendam doli ſuſpicionem ex præſumtionibus ortam, cujus probationem in hac jurisjurandi ſpecie per conſtitutiones expreſſas ſemper ſalvam eſſe oportet. add. Faber *in C. lib. 4. tit. 1. def. 5.* Carpz. *Proc. tit. 12. art. 3. n. 75.* quod expreſſe in Ordin. Proc. Magdeb. reperitur *cap. 39. §. 3.*

Ratio Dubitandi

Affirmatur

§. VI. Hoc autem non ſolum Juris eſt, ſi juramentum purgatorium ſuper cauſa civili præſtitum, & ita jurans quaſi ab inſtantia abſolutus eſt; ſed etiam ſi in cauſa criminali quis ſe canonice purgavit, uti poſt Venatorium

An probatio Contrarii locum habeat, ſi in Cauſa

Criminali purgatorium fuerit præſpium

rium & Oldendorpium probat Godelman. *de Mag. & Veneſ. lib. 3. c. 4. n. 2.* Tabor. de *Confront. Diſp. 3. th. 16. verſ. quid quod ipſum &c.* Carpz. *all. Conſt. 22. def. 19. & 20.* Heig. *p. 1. qv. 40. n. 40. ſeqq.* Duaren. *ad tit. C. de Jurej C. 4.* Philipp. *ad deciſ. Sax. nov. 17.* Et de Praxi Camerali teſtatur Mynſing. *Cent. 2. obſ. 82. ibique Dd. alleg.* qui bus equidem Gloſſa *ad cap. ex tuorum verſ. abſolvas X. h. t.* Tholoſ. *lib. 48. c. 15. n. 20.* aliique contradicunt, ſed rationes eorum plerumque de delato juramento loquuntur, & diſcutientur in conflictu.

Quid ſi in Cauſa retractus legalis quis ſe purgavit Canonice, quod pro ſe retrahat.

§. VII. Hinc licet is, qui jure retractus legalis uti vult, ad elidendam fraudis ſuſpicionem juramento ſe purgaverit, quod pro ſe non pro alio retrahat, vid. Heig. *p. 1. qv. 40. n. 13. & 16.* Carpz. *p. 1. Conſt. 22. def. 8. n. 3.* Ketler. *Cent. 1. Dec. 41. n. 11. ſeqq.* Magdebl. Pol. Ordn. *cap. 22. §. 19.* cum ſine hoc facile quivis rei venditæ inhians eam, non ut in familia conſervet, ſed ut per aliam venditionem in fraudem Emtoris lucrum capiat, retrahere poſſit, add. Lotich. *de Jure Retract. th. 73.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 48.* tamen contra ejusmodi juramentum probatio contrarii admittitur juxt. Soaretz. *theſaur. rec. opin. lit. I. n. 313.* Chaſſan. *ad Conſv. Bury. rubr. I. §. 6. verb. par levi n. 10.* Menoch. *arb. jud. qu. lib. 1. qu. 76. n. 17.* & quos allegat Ketler. *all. Deciſ. 41. n. 31. ſeqq.* quamvis dubitet Tiraquell. *de Retr. §. 5. Gloſſ. un. n. 5. ſeqq.* Item ſi quis rebus hæreditariis aliisque ſe immiſcuit, & legitimum deſuper vel plane non vel non legitimo tempore Carpz. *p. 3. C. 33. def. 10.* Rauchb. *p. 1. qv. 29. n. 14.* conficiendo Inventarium contra ſe præſumtionem induxit, quod aliquid reticuerit, nec ex fide omnia indicaverit, jurejurando equidem conſcientiam ſuam ad Judicis delationem purgare obſtrictus eſt, ſe nihil rerum amplius in hæreditate aliaque uni-

quid de Jurata ſperificatione hereditatis

univerſitate reperiſſe, quam in exhibita ſpecificatione conſignaverat, add. *l. ult.* §. *fin. C. de Jure delib.* quam Jurisjur. ſpeciem ad legale refert Carpz. *Proc. tit. 12. art. 5. n. 11. & 18. & 6. Reſp. 63. n. 10.* Mev. *6. Deciſ. 216. n. 3.* Berl. 1. *Concl. 31. n. 32.* Heig. 1. *qu. 40. n. 6. ſeqq.* hincque nec relationi, nec juramento calumniæ locum eſſe ſtatuunt, Mev. *all. deciſ. 216. per tot.* Rauchb. *p.* 1. *qu.* 11. *n. 38.* Movius *de Jurat. ſpecif. c.* 1. §. *9. ſq.* Aſt contra ejusmodi juratam ſpecificationem dari probationem, qua deducitur, plures res quam ſpecificatas in hæreditate fuiſſe, ex eo manifeſtum fit, quo juxta formulam à Richt. *Deciſ. 58. n. 36.* præſcriptam, & in foro uſitatam in hoc jurejurando illud exprimatur, jurantem non ſolum omnes res, quas ſcivit defuncti eſſe, conſignaſſe; ſed etiam ſi quæ fuerint omiſſæ, aut contingat alias reperiri, quod & eas velit indicare, quam primum earum conſecutus fuerit notitiam, vid. Brunnem. ad *l. ult. C. de Jur. delib. n. 44. & 45. & Dd. Comm.* add. Struv. *Ex. ad ff. 33. th. 55. & 58.* Diſſentit equidem Richter. *all. Deciſ. 58. n. 38.* nil niſi Carpz. *in p.* 1. *Conſt. 15. def.* 1. allegans ſed hic de juramento delato loquitur, non de neceſſario, de quo quæſtio eſt.

§. VIII. Accedamus nunc ad diffeſſionem juratam, quæ eſt documenti producti mediante juramento negatio. Diffiteri enim eſt negare inſtrumentum eſſe tale, pro quo venditatur, vid. Schwendend. *ad Proc. Fibig. p. 2. cap. 2. membr. 3.* §. *16 reg. 4.* eſtque ſpecies juramenti neceſſarii juxt. Carpz. *Proc. tit. all. 12. art. 5. num. 44.* mediante quo is, contra quem documentum productum fuit, ſemet ab omni præſumtione purgat, vid. Magdebl. Proc. Ordn. *c. 35.* §. *1.* quod juramentum in diffeſſione ſcripturæ, quæ pro propria jurantis venditatur, de ve- *De Diffeſſione jurata quid ſit*

 rita-

ritate intelligendum eſt, vid. Mart. *Proc. tit. 25. num. 137.* ibique *all.* Carpz. Ziegler *aliique*. Notabilis mihi in prætorio H. caſus obveniebat Anno 1699. ubi contra J. B. quietatio ejus ſuper facta ſolutione 30. talerornm de dato Halle/ den 26. Aug. 1697. a J. C. L. producebatur. J. B. inveniebat equidem in ſuo libro mercatorio ſub dato den 6. Aug. dict. anni, daß 30. Thlr. bezahlet worden/ quod nec negabatur, ſed quod eadem ſumma die 26. ejusd. menſis denuo fuiſſet ſoluta, nec jota aderat. Examinabatur itaque a creditore quietantia quæſtionis à ſe conſcripta, occurrebatq; eam a ſe datam eſſe in domo debitoris, eodemque atramento facile Ziffram 2. doloſe præponi potuiſſe Ziffræ 6. und wäre alſo aus den 6. Augnſti der 26te gemacht worden/ quod & ex ductu Ziffræ 2. apparebat, quam creditor ita non ſolebat formare, & cum debitor ejusmodi falſificatis documentis jam tum uſus erga alios fuerat, hinc pronunciabatur; Würde J. B. das *Document ſub A.* daß es untern *dato* den 26. *Aug.* 1697. von ihm nicht geſchrieben ſey/ eydlichen *diffitiren*/ ſo ergehet ferner was recht iſt/ quæ ſententia in inſtantia appellationis à JCtis Francofurtenſibus confirmabatur.

an contra diffeſſionem probatio Contrarii locum habeat affirmatur.

§. IX. Quod autem contra ejusm. juratam diffeſſionem noſtra contrarii probatio locum habeat, ſtatuendum omnino eſt, ex principiis, quæ in *th. 5. & 6. huj. cap. & th. 9. ſeqq. c. 1.* poſuimus, uti in terminis decidit Berl. *1. Concl. 44. num. 55.* Rauchb. *p. 2. qv. 41. num. 40.* Mev. *p. 3. deciſ. 171. & p. 6. deciſ. 278.* Harprecht Conſ. Tubing. *Vol. I. Conſ. 37. n. 24. ſeqq.* ita quoque obtinui in cauſa A. D. contra C. J. S. ubi reus in proceſſu executivo diffeſſus erat hiſce formalibus obligationem à ſe ſubſcriptam & ſigillatam: daß die *Obligation* nicht mit ſeiner Bewilligung geſchrieben ſey/ nnd

und er ſelbige/ da er nicht *ſanæ mentis* geweſen/unterſchrie-ben habe/ quo juramento præſtito A. D. offerebat ſe ad probationem contrarii, quæ etiam à dnis Witteberg. admittebatur in ſententia die 16. Mart. 1693. publicata: Daß Kl. mit dem geſuchten Beweiſe/wieder den von beklagten abgelegten Eyd billig zuzulaſſen/ quæ ſententia per quatuor conformes confirmabatur. Idem contingebat in caſu Anno 1688. *ſeqq.* coram Senatu E. & Illuſtri Regimine noſtro ventilato, ubi Monaſterium aliquod vindicabat a M. K. ædes braxatorias & cum reus contractum a matre domina duabusque Monialibus ſubſcriptum & parvo Monaſterii ſigillo munitum produceret, in quibus dictæ ædes ſuo anteceſſori pro Summa 900. taler. venditæ erant, duæ Moniales hunc contractum jurato diffitebantur, negantes eſſe manus monialium & ſigillum monaſterii contractibus apponi ſolitum, cujus juramenti falſitatem reus poſtea ex aliis documentis a Monaſterio circa idem tempus ſub eadem ſubſcriptione & ſigillatione emanatis detegere annitebatur, & admiſſus etiam fuit per duas ſententias de quibus infra *cap. 3. §. 9. & c. 4. §. 5.* pluribus dicemus.

De Juramento Perhorreſcentia

§. X. Sequitur Juramentum perhorreſcentiæ inventum juris Canonici in *cap. 11. §. I. X. de Reſcr. in 6to* quo Actor (nam reus habet exceptionem ſuſpecti judicis) ad ſuperioris judicis cognitionem & delationem adſeverat, ſe valde timere, ne non ab inferiori judice æquam & incorruptam impetret juſtitiam. Nam quamvis putet Rauchb. *p. 2. qv. 3. num. 31.* ſolum jurari de potentia adverſarii, de quo etiam *all. cap.* in ſpecie loquitur; tamen uſu fori extenſum eſt ad quaſcunque cauſas, quæ judicem ſuſpectum faciunt, & Actori juſtum metum in-

incutiunt. vid. Roſenth. *de Feud. c. 12. Concl. 4. num. 65.* Græv. *lib. 2. Concl. 28. Conſ.* 1. Seraphin. *de Privil. Juram. priv. 7. n. 29.* quibus autem ex rationibus & in quibus cauſis locum habeat, vid. Mev. *6. deciſ. 71. per tot.* Stephan. *de effic. Jud. lib. 1. cap. 6. num. 24.* An autem etiam contra juramentum hoc præſtitum noſtra contrarii probatio locum habeat? Rauchb. *p. 2. qv. 3. num. 31.* allegat equidem autoritates ſibi invicem contradicentium, ſed deciſionem non addit. Nos eam affirmamus, eſt enim ſpecies juramenti neceſſarii. Quod ergo juxta principia antecedentia in omni juramento legali juris eſt, illud ob generalitatem legum & rationum etiam juris eſto in hac ſpecie, quam opinionem Berlich. *1. Concl. 35. num. 17.* Math. Steph. *all. c. 6. n. 34.* Seraph. *all. priv. 7. n. 29.* aliique defendunt.

an admit. contrarii probationem.

de juramento minorationis

§. XI. Nunc de juramento minorationis videndum, quod ab eo ita dicitur, quod reus, qui valorem rei ablatæ noſſe cenſetur, Hartm. Piſt. *1. qv. 16. num. 5. ſeqq.* per illud minuit h. e. minorem reddit rei à ſe ablatæ æſtimationem per Actorem factam, eſtque inventum juris Saxon. juxta Landr. *lib. 3. art. 47. & 51.* vid. Mart. Proc. *tit. 31. num. 1.* Rauchb. *p. 1. qv. 9. num. 3.* Struv. *Ex ff. 17. th. 70.* quanquam Schilt. *Ex. ad ff. 23. th. 57.* demonſtret, illud jus non Saxonum ſingulare, ſed Germanorum commune fuiſſe. Cum autem præſens labor eo non tendat, ut in naturam objectumque hujus juramenti plenius inquiramus, de quo pluribus Mart. *all. l.* Berl. *1. Concl. 56.* Schilt. *all. l. th. 56. ſeqq.* Muller. ad Struv. *th. 70.* aliique agunt; hinc non niſi noſtram tangemus quæſtionem: An poſt juramentum minorationis præſtitum probationi contrarii locus ſit? Cujus deciſio non parum à quæſtione præjudiciali dependet: an juramen-

tum

tum hoc ſit legale, an judiciale? Ubi equidem non ne- *an ſit jura-*
gamus, actorem habere facultatem eligendi, an, ſi poſſit *mentum*
damni illati quantitatem probare, an non probare, ſed *judiciale*
ſimpliciter adſerere & pati malit, ut reus ex legis per- *an legale*
miſſu ſuam æſtimationem minuat, ut hinc juramen-
tum à judice Reo non imponatur, niſi ad petitionem
Actoris, vid. Mart. *all. tit. 31. §. 1. num. 13.* Magdebl. Proc.
Ordn. *c. 39. §. 6.* accedit, quod ſtet penes Reum, an jura-
re, an ſtare æſtimationi actoris velit, ex quibus rationi-
bus contra Rauchbarum diſputans Carpz. *p. 1. Conſt. 23.*
def. 16. num. 3. & 4. illud pro ſpecie juramenti judicialis
venditat. Sed cum ex toto contextu art. *47. & 51.* LandR.
appareat, facultatem ita jurandi non à delatione par-
tium ſed a jure Sax introductam, & quemadmodum à
lege hac injungitur, ut reus æſtimationem ab actore
factam citra ullam probationem præſtet; ita etiam Reo il-
lam, ſi placuerit juramento minuere à lege i-
pſa conceſſum eſſe, inſuperque verum ſit quod in
hoc juramento nec relatio, vid. Rauchb. *p. 1. qv.*
9. n. 18. Berl. *1. Concl. 55. n. 12.* nec Juramentum Calumniæ
locum habeat, Vid. Mart. Proc. *tit. 18. §. 7. n. 6. ibique all.*
hinc juramentum noſtrum pro legali omnino reputa-
mus. Nec obſtat, quod juxta Carpz. aliosque diſſenti-
entes non niſi ad petitionem Actoris deferatur; nam ex-
inde non ſequi, ergo eſt judiciale, ex juramento eden-
dorum documentorum, ſpecificationis, aliisque neceſ-
ſariis apparet, & aliud eſt, an pars parti deferat, & ita fa-
cultatem jurandi concedat, aliud an juramentum a le-
ge ex neceſſitate ad petitionem tamen partis impona-
tur, add. eleg. Mev. *6. deciſ. 216. p. tot.* quam opinionem ube-
rius defendit Rauchbar. *all. qu. 9. n. 17.* Dn. Mylius in Diſſ.

de

de Juram. Minorat. poſ. 6. lit. B. imo ipſe à ſe diſſentiens Carpz. *in Proc. tit. 12. art. 4. n. 30. & ubcr. lib. 3. Reſp. 56. n. 7. & 12.*

an admittat contrarii probationem.

§. XII. Recurſum itaque ad quæſtionem noſtram principalem faciendo, an ſcil. poſt juramentum Minorationis præſtitum probatio contrarii locum habeat, rurſus invenimus Doctores non ſolum eos, qui juramentum hoc pro judiciali venditant, vid. Carpz. *all. Conſt. 23. Def. 18. n. 6. ſeqq.* Sed etiam eos, qui hoc pro neceſſario agnoſcunt, negativam defendere, vid. Rauchb. *all. qu. 9. n. 36.* König. *in Proc. c. 136. & Dd. all.* quorum argumenta eo tendunt, quod (*a*) juramentum noſtrum propter difficultatem probationis introductum ſit, actorque ſemel (*b*) illud à Reo petierit, & ita (*g*) mediate quaſi detulerit, hincque propterea nec pœnitere, nec contra delatum contrarii probationem moliri poſſit. Sed nihilominus pace tantorum JCtorum contrariam eamque affirmativam opinionem amplectimur, certi, regulariter in omnibus Juramentis legalibus, quæ ex legis diſpoſitione deferuntur, probatio Contrarii locum habeat, licet Lex dixerit, ſtandum eſſe juramento, quod ipſe Rauchb. *all. qv. num. 35.* aliique omnes agnoſcunt. Cum itaque identitas rationis, quæ pro aliis juramentis neceſſariis pugnat, in juramento minorationis adſit, nec exceptio in hoc ex lege doceri poſſit, quid obſtat, quo minus regulæ inhæreamus. Conſentit nobiscum, ad aliam opinionem reverſus, Carpz. *in Proc. tit. 12. art. 4. num. 28. ſeqq.* Dn. Born. ad univ. jus jud. *Diſp. 1. th. 56. lit. E.* Dn. Schwendend. *ad Fibig. p. 1. c. 2. memb. 3. §. 15. n. 273. ſeqq.* Mart. Proc. *all. tit. 31. §. 1. n. 30. ſeqq.* ubi formula probationem ejusm. petendi & deſuper pronunciandi

cum

cum multis Dd. allegatur, quo præſuppoſito facilis erit reſponſio ad rationis dubitandi, quam ob penuriam temporis conflictui reſervabimus.

Juramentum in litem

§. XIII. Paucis nunc percurramus juramentum in litem, quod eſt jurata rei in litem deductæ æſtimatio petitoris arbitrio à judice ob inopiam probationis permiſſa. Si enim res controverſa adhuc extat & manu militari auferri, aut judici aliunde de æſtimatione & affectione conſtare poteſt, judex hoc juramentum deferre non tenetur, add. *l. 4. §. 2. & l. 5. §. 1. b. t.* Ex mente legum, vid. Setſer. *lib. 5. cap. 2. num. 7. & 11.* Hunnius *de rer. æſtim. Sect. 2. c. 2.* Tabor. *de in litem jurando th. 8. usque 10.* Muller. ad Struv. *Ex. ff. 17. th. 69. lit. (a) & (b)* Carpz. *Proc. tit. 12. art. 4. num. 1. ſeqq.* add. *l. 2. 3. & 8. ff. b. t.* duplex eſt, *vel* *AFFECTIONIS* quod ob excellentiam juramentum in litem vocatur *l. 8. b. t. & l. 68. ff. de R. V.* quo contra dolo non reſtituentem in hujus odium & pœnam, vid. *l. 70. ff. de R. V.* Schilt. *Ex. ad ff. 23. th. 50.* lis etiam ultra verum pretium jurato ab actore ex affectione æſtimatur, vid. eleg. Struv. *all. th. 66.* *VEL VERITATIS*, qua lis, quæ culpa rei reſtitui non poteſt, ſecundum verum pretium & intereſſe, æſtimatur. add. Struv. *all. Ex. th. 59.* Setſer. *de Juram. lib. 5. c. 2. tot.* Mart. Proc. *tit. 31. §. 2. num. 32. ſeqq.* quam diſtinctionem etiam lex provincialis Magdeburgica *cap. 39. §. 5.* admittit. Præſtito ergo hoc juramento affectionis, an non adhuc probatio contrarii concedi debeat, Dd. inter ſe diſſentiunt? Negativam defendit Struv. *all. Ex. th. 67. ex l. ult. ff. b. t.* Martin. *in Proc. all. l. n. 107. ob l. 18. §. 1. ff. de dol. mal. add.* Merckelbach *ap. Klock. Vol. 3. Conſ. 168. n. 43. ſeqq.* Faber. *16. Conject. 17. & dec. 18. Err. 10.* ex principio, quod juramentum in litem tranſactionis vim habeat, quæ

Eſt duplex vel affectionis, vel veritatis

an juramentum Affectionis probationem Contrarii admittat

Rationes Dubitandi

lib.5. c.ult.n.9. Struv. *all. th. 67.* Vincent. Carocc. *Deciſ.12.* Brunnem. *ad l.ult.ff. h.t.n. 1.ſeqq.* Idem & de jurata documentorum editione ſtatuendum eſt, quæ non niſi ad prævias præſumtiones à Judice imponitur. vid. Magdebl. Proc. Ordn. *c.36. §.1.* Berlich. *1. Concl. 45. n. 74.* Ruland. de Commiſſ. *p. 2. lib.5. c. 21. n.4.* hinc nec relatio locum habet. vid. Mart. Proc. *tit. 18. §.8. n. 31. ibique all.* nec Jure hodierno juramentum calumniæ Berl. *all. Concl. 45. n.5. ſeqq.* Carpz. *1. Conſt. 17. def. 29. n. 2.* Dn. Born. *ad Jus univ.jud. all. Diſſ. 1. §.54. lit. E.* niſi adſit magna ſuſpicio divexandi & calumniandi gratia editionē peti. Dn. Born. *all. l.* Carpz. *lib.3. Reſ. 77. n.18.* Emer. à Rosbach. *in Proc. tit.36. n.31.* Secus ſi à parte deſuper judiciale juramentum deferatur, quod equidem etiam ſine præviis præſumtionibus fieri poſſe, non negamus, vid. Carpz. *all. def. 29. n.5. & in proc. tit. 14. art.4. n. 11.* Brunnem. *Proc. c. 19. n. 24.* Sed tunc, ut in quovis alio juramento judiciali à deferente juramentum calumniæ præſtatur, add. *l. 6. §. 2. & l. 9. §. 3. ff. de Edend.* Berl. *all. Concl. 45. n. 80. ſeqq.* Carpz. *all. def. 29. n. 7.* Si itaque Judex præſtito hoc juramento legali ab editione documentorum jurantem abſolvit, tunc probationi contrarii pari ratione, ut in quovis alio juramento legali ob generalitatem rationum & legum ſupra allegatarum locum dari, omnino adſerimus. add. eleg. Mevius *1. Deciſ. 13. n. 1. usque 10.* ubi notanda eſt diſtinctio *in num. ſeq. 12.* poſita, an aliquis ſolum ab exhibitione documenti & ſic à nuda inſtantia, an ab ipſa actione abſolutus ſit, quæ effectu omnino differunt.

An in jurata Documentorum editione

§. XV. Idem & de Juramento Malitiæ aliisque, ſi quæ dentur, juramenti legalis ſpeciebus propter identitatem rationum judicandum eſt, eas ſcil. omnes probationem contrarii admittere, uti generaliter concludunt Rauchb.

De juramento malitiæ aliisque ſpeciebus juramenti neceſſarii

an probatio admittatur ſi juramentum nondum fuit præſtitum

Ruchb. *p.1. all. qu. 9. n.35.* Maſcard. *de Probat. Vol.1. qu.9. n.13.* Tiraquell. de Retract. *p.1.* §.*4. Gloſſ.1.n.3.* & innumeri DD. Quæ contrarii probatio multo magis debet admitti, ſi nondum fuit præſtitum, ſed ſolum per ſententiam impoſitum, aut acceptatum. Ubi quidem quæſtionem illam, tanquam huc non pertinentem noſtram non faciemus, an ſcil. juramentum *judiciale,* poſtquam per ſententiam injunctum & ab altero acceptatum eſt, revocari & ex noviter repertis documentis contrarii probatio ſuſcipi poſſit; quam quæſtionem uberius per rationes dubitandi & decidendi examinat Mart. *Proc. tit.18.* §.*2.n.7.usque 24.* add. Carocc. *de Juram. lit. Dec. qu. princ. 10.* Berl. *1. Concl. 32. n. 6. ſeqq.* Moller *3. Semeſt. c.3.n.6.* Mev. *62. Dec.93.* Frantzk. *ad h. t. n. 94. ſeqq.* Sed quid ſi juramentum delatum deferenti *relatum* eſt, an non tunc referenti poſt alterius acceptationem licebit ſemet ad probationem contrarii offerre. Mart. *tit.19.* §.*1.n.38.* diſtinguit, an probationem ante relationem habuerit, an non; ubi in priori caſu negativam, in poſteriori affirmativam amplectitur, quam diſtinctionem prolixius *all. tit.18.* §.*2. n. 25. ſeqq.* pertractat. add. Lauterb. *de Juram. Relat. th. 102. ſeqq.* quamvis putemus, hanc diſtinctionem non propriam tunc eſſe juramenti relati, ſed communem omnis illius probationis, quæ contra juramentum ſuſcipi poteſt, vid. infra *cap. 3.* §. *1.* Sed hæ aliæque ad juramentum judiciale pertinentes quæſtiones noſtræ non ſunt, qui in præſentiarum ſolum inquiremus an poſt juramentum legale acceptatum altera pars ad contrarii probationem ſemet offerre, & ſic juramenti præſtationem impedire poſſit, quod omnino affirmamus. Si enim per ſupra deducta licet poſt juramentum hoc jam tum præſtitum ex novi-

de juramento judiciali

De juramento relato

de juramento legali

viter repertis probationibus contrarium probare, illud certe eo facilius licebit, ſi nondum fuit juratum, imo ad perjurium hoc modo evitandum quis in conſcientia ſua adſtringitur. Qui enim juramentum ab eo recipit, quem pejeraturum ſcit, & demonſtrare poteſt, autor eſt perjurii, & delictum homicidio majus committit. vid Gloſſ. *in c. 5. c. 22. qu. 5.* Setſer. *de juram. lib. 3. c. 3. num. 58.* Seraph. *de Privil. Juram. priv. 1. num. 31.* add. Mev. *all. deciſ. 93. num 2.* Hinc ſi reus diffiteri vult ſuam manum, actorem admitti ad contrarii probationem, licet ſuper diffeſſione jam dum lata ſit ſententia, ſtatuit Berlich, *1. Concl. 44. num. 47.*

§. XVI. Ne tamen quis conceſſa contrarii probatione ad protelationem litium abutatur, non nuda aſſertio, jurantem pejeraturum eſſe, ad impediendam jurisjurandi præſtationem ſufficit, ſic enim quivis ſub hoc prætextu lites protrahere poſſet, ſed cauſæ inſimul incontinenti allegandæ ſunt, unde judex certitudinem perjurii colligat. vid. eleg. Mev. *4. deciſ. 118. per tot.* add. *id p. 2. deciſ. all. 93.* Sic cum C. J. S. ſub nudo prætextu metuendi perjurii juramentum ſuppletorium, quod actori C. D. per judicatum impoſitum erat, impedire vellet, nihil autem, quod ſpeciem veritatis habebat, proferret, rejecta fuit eius intentio per ſententiam in prætorio Hallenſi Anno 1698. pubiicatam & poſtea in inſtantia appellationis a JCtis Francofurtenſibus confirmatum. Eſt enim ptæſumtio juris, neminem ſalutis æternæ memorem pejeraturum, ex qua præſumtione judex recte perſona juraturæ conſcientiæ, ubi aliter veritatis ratio non conſtat, deciſionem litis committit, qui ſatis ſibi in imponendo hoc per leges divinas & humanas conceſſo

remedio proſpexit, ſi ſedulam in deferendo circumſpectionem & piam de vitando perjurio admonitionem adhibuit, uti deducit Mev. *all. deciſ. 118. num. 4.*

CAP. III.

DE MODO HUJUS PROBATIONIS.

§. I.

Quomodo probatio comparata eſſe debeat. requiritur (1) ut ſit noviter reperta.

Videamus nunc breviter, quomodo comparata eſſe debeat probatio, ſi quis per eam ex novo agere velit. Et quidem requiritur I) ut ſit noviter reperta, h. e. talis probatio, cujus copiam ex integro acturus poſt præſtitum Juramentum demum adeptus eſt, vid. *all. l. 31. de Jurej.* verb: *Si quis nova Inſtrumenta inveniſſe &c. ibique DD. communiter* quo ipſo ea probatio excluditur, quam quis (a) in proceſſu primo jam tum produxit, hujus enim vis per ſententiam ſubſecutam, & juramentum plane ſublata eſt, vid. Jaſan. *ad h. l. num. 12.* & Brunnem. *ad eand num. 18.* adeo, ut nec cum noviter repertis probationibus combinari poſſit, juxta Hilliger. ad Donell. *lib. 24. c. 19. lit.* 1. Setſer. *lib. 4. c. 17. num. 12.* Faber. *Err. prag. dec. 19. Err. 5. in med, all. l. 31. verb. His ſolis* (*b*) non admittitur ea probatio. quam quis in primo proceſſu habuit, aſt ex negligentia non produxit *verb. inveniſſe* add. *ſupra c.* 1. *th. penult.* Muller. ad Struv. *Ex. 17. th. 56. lit. a.* Bald. *ad l. noſtr. num. 8.* qui enim antea probationis copiam habuit, doloque non produxit non ſolum fatale probationis neglexit ſtudio, ſed etiam alterum ad falſum juramentum induxit, ſicque dignus eſt, ut cauſæ jacturam patiatur, vid. Setſer.

all.

all. c. n. 11. Hilliger *ad Donell. all. c. 19. lit. X.* Idque putamus verum, non ſolum ſi quis Juramentum noſtrum *ſine dolo* v. c. credulitatis præſtiterit, ſed etiam ſiquis perjurium *doloſum* commiſit; nam & contra hoc non niſi noviter repertas probationes ob generalitatem legis admittimus.

Quid ſi quis antea ſcivit, ſed non potuit habere Copiam.

§. II. Ea autem probatio etiam noviter reperta dicenda eſt, quam quis equidem adeſſe in primo proceſſu ſcivit, ſed cujus copiam non potuit nanciſci, quo caſu tamen aliqualis diligentiæ adhibitæ demonſtratio facienda eſt, vid. Menoch. *arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. Caſ. 241. n. 3. & 5. ſeqq.* aut ad minimum Juramentum præſtari debet, debitam in illis perquirendis diligentiam ſe adhibuiſſe, maximopere ubi contra eum non eſt conjectura ſpecialis, vid. Menoch. *all. c. n. 4. & 6.* Hilliger *ad Donell. all. c. 19. lit. C.* Strauch. *de Juram. in ſupplem. cap. 6. §. 5.* Mynſing. *Cent. 2. O. 53. in med.* Caſtrens. *ad l. 31. de Jur. jur. n. 8.* Quod autem hic *num. 17. ſeqq.* it. Bartol. *ad l. 6. C. de Sent. adv. fiſc. lat.* Bachov. ad Treutl. *Diſp. 21. th. 10. lit. E. num. 1.* aliique putent, illud impedimentum eſſe cauſam reſtitutionis in integrum *ex Clauſula generali*, etiam contra ſententiam ex vera probatione latam, hanc opinionem ſuis Autoribus defendendam relinquimus, vid. Mev. *3. Deciſ. 103. per tot.* ubi requiſita deducit, quæ ad impetrandam hanc reſtitutionem adeſſe debent. Interim illud certum eſt, quod ſi quis in genere inſtrumenta pro noviter repertis venditare velit, non nudæ ejus adſertioni credatur ſed *arg. c. 4. X. de Except.* ad excludendam doli ſuſpicionem requiratur juramentum, ſe poſt præſtitum juramentum demum ad probationum harum notitiam perveniſſe, vid. eleg. Brunnem. *ad. l. 31. h. l. n. 19.* Beuſt. *ad eand. n. 100.* Bart. *num. 4.* Berlich. *1. Concl. 38. n. 95.* cui Juramento omnino in dubio inhærendum eſt, quamvis Muller *ad. all. th. 56. n. 3.* ex Meno-

nochio exiſtimet, etiam contra hoc Juramentum admitti probationem ſcientiæ & copiæ, quod equidem Menochius allegatus nec in *caſu.24.* nec *in Caſu 241.* quem allegare voluit, probat, videatur tamen de hac retractione. Hilliger ad Donell. *lib.24. c. 19. lit. Cc. & ibid. all. Dd.*

2) *Ut inſtrumenta ſint antiquiora quam juramentum præſitum.* §. III. II) Requirunt Dd. ut inſtrumenta noviter adhibenda antiquiora ſint, quam juramentum, illudque ſubſecuta ſententia, adeo, ut is qui condemnatus, eſt, non potuerit autor eſſe, ut ea ex poſt facto conficiantur. add. Ummius *ad Proc. Diſp. 14. th.* 18. *n. 107.* Mart. Proc. *tit. 30. n. 148.* quod enim gloſſa putat, etiam per documenta noviter poſt juramentū fabricata actionem de novo redintegrari poſſe, illud *ex l. 31. ff. h. t.* verbis *nova inſtrumenta ſe inveniſſe,* non probatur, cum aliud ſit, noviter reperire id, quod ante fuit, aliud de novo conficere. Hinc & Bartol. *ad ill. l. n. 4.* opinionem gloſſæ rejicit. Quod autem Caſtrenſ. *ad h. l. n. 12.* adferat, probare documenta ex conventione noviter poſtea fabricata, quem in finem *l. 4.* §. 4. *ff. de R. jud.* adducit, illa redintegratio actionis potius conventioni & confeſſioni ejus, qui juravit, ſubſecutæ adſcribenda eſt, de qua infra *th. 8.* dicendum.

Quid ſi 3) *expreſſe non Contradixit.* §. IV. Requirunt III. Dd ut adverſa pars in juramenti impoſitionem a judice factam non conſentiat, quaſi tunc juramentum hoc naturam delati indueret, & ſic reciperet vim tranſactionis, quæ probationem contrarii etiam ex noviter repertis documentis juxta *c. 1. th. 11. ſqq.* reſpuit. Hinc cautelam ſubminiſtrant, ut quis ſibi expreſſe in impoſitione jus ſuum reſervet, quaſi ſine hac proteſtatione ad novam probationem non daretur regreſſus add. uberius Schilt. *Ex. 23. ad ff. th. 45.* Caccialupp. *ad l. 31. h. t. n. 13.* Richt. *deciſ. 8. num. 93.* quamvis autem ad omnem diſputationem præcidendam non im-

improbemus hanc cautelam, attamen etiam ſine hac admittendam eſſe noviter repertam probationem adſerimus; Cum non videatur ſequi: Non contradixit expreſſe huic juramento: Ergo hoc naturam delati induit; non enim potuit impedire, licet centies contradixerit, cum judicem oporteat hoc juramentum imponere, per *l. 3. C. de Reb. Cred.* de eo itaque, qui actui quem pedire non potuit, expreſſe non contradixit, ob defectum liberæ voluntatis, non dici poteſt, quod huic conſenſerit, ſub præjudicio vel amiſſione remediorum juris alias competentium. Adeſt enim neceſſitas præciſa, quæ renunciationem jurium non involuit. Et ſic in foro quotidie etiam ſine hac proteſtatione admittitur noſtro probatio contrarii, quod & Jaſon defendit *ad all. l. in repet. 1. num. 10. lit. a. p. m. 85.*

§. V. Miſſis nunc hiſce generalibus aggredimur argumenta, per quæ probatio noſtra confici & judici fides de facto fieri poteſt. Ubi primo occurrunt inſtrumenta quæ ſive in generaliori ſignificatione de qua *l. 1. ff. de fid. inſtr.* loquitur, ſive in ſpecialiori, qua reliquis probationis ſpeciebus v. g. per teſtes, per ocularē per inſpectionē contradiſtingvuntur, ſumas, probationi noſtræ omnino locum faciunt, per *all. l. 31. ff. b. t.* verb. *Si quis nova Jnſtrumenta*, vid. Brunnem. *ad b. l. n. 17.* Struv. *Ex ad ff. 17. th. 56.* Setſer. de Jurej. *lib. 4. c. 17. n. 8. ſeqq.* Carpz. *p. 1. C. 15. def. 5. & Dd.* communiter, quod in cauſa Civ. nullum dubium habet; ſed magis ardua quæſtio eſt, an ſi inquiſitus in proceſſu Criminali purgatorium præſtitit, probatio contrarii *in c. 2. th. 6.* conceſſa etiam per Documenta fieri poſſit. Equidem Weſenbec. *in Parat. de fide Inſt. n. 4. in fin.* adſerit, in delictis non eſſe teſtimoniis ſcripturarum creden-

In quantum probatio fieri poſſit per Documenta.

An in Cauſa Criminali probatio perjurii poſſit fieri per Documenta.

dendum, & *in Comment. C. ad tit. ubi de Crim. agi oport. n.35.* tantum excipit crimen falſi & famoſi libelli, contendens alioquin delicta inſtrumentis non probari *per l.3. §.3. ff. de Teſt.* quam opinionem Criminaliſtæ plerique ſequuntur, juxt. Farinac. *qu 84. Clar. §. ult. qu.54.* Gail. de Pac. Publ. *c.15. n.13.* unde & ipſe Carpzov. *in Prax. Crim. qu. 114.* ubi ex profeſſo de probatione delictorum agit, probationem per inſtrumenta omiſit. Sed in præſenti affirmativam ſequimur, & ſtatuimus etiam per inſtrumenta à delinquente confecta probari delicta, cum jura indiſtincte eandem vim attribuant literariis ac teſtificatis probationibus, quod uberius deducit Matthæi *ad lib. 48. ff. tit. 15. c.5.* add. Pac. *ad l. ult. C. de Probat. n.7.* Colleg. Argent. *de Probat. th. 10. n. 16.* ſic v. c. non ſolum Crimen falſi, famoſi libelli, conjurationis, hæreſeos, perjurium &c. ſed & cætera delicta per ſcripturam delinquentis probantur, ſi in ea delinquens crimen fateatur, add. Tabor. *Racemat. Crim. I. th. 36. ſeqq. ibique all.* qua theſi præſuppoſita, etiam contra eum, qui purgatorium præſtitit, noviter reperta documenta & redintegrationem Inquiſitionis non poſſumus non admittere.

an probatio fieri poſſit per Teſtes

§. VI. Sed quid de Teſtibus judicandum, annon & hi contra juramentum legale præſtitum produci poſſunt. Negativam defendunt Dd. communiter. vid. Brunnem. *ad l. 1. C. de Reb. Cred. n. 14. & 35.* Donell. *lib. 42. c. 19. ibique Hilliger lit. Ff.* Setſer. *de Juram. lib. 4. c. 17. n. 9.* Berl. *1. Concl. 35. n. 9.* Faber. *Dec. 5. Error. Pragm. 5.* Mart. in Proc. *tit. 30. §. 1. n. 145.* & uberius Muller *ad Struv. Ex. 17. th. 56. lit. a. n. V.* ubi rationes fuſius allegantur & defenduntur.

Rat. Decid.

Affirmativam amplectuntur Commentatores ad *l. 31. de Jurej.* Bald. *n. 7.* Caſtrenſ. *n. 6.* Raphael Fulgoſ. *n. 2.* Bart. *n. ult.* Beuſt. *n. 89. ſeqq.* Jaſon. *n. ult.* Lang. Proc. *c. 45. n. 68.* Schnob.

Ex.

Ex. 8. th. 22. Mev. *7. Deciſ. 95. n. 5.* Carpz. *1. Conſt. 15. def. 4. n. 5.* Wiſſenbach. *Ex. ad ff. 24. th. 36.* ubi rationes congeſſit, *& plures alii,* quam opinionem & ego amplector, dum juxt. *l. 1. ff. de Fid. Inſtr.* ſub vocabulo: *Inſtrumenti.* in materia probationis etiam teſtes comprehenduntur, vid. Dn. Præſ. *vol. 3. Diſp. 9. c. 4. n. 5. & 7.* quæ vocis ſignificatio eſt propria, juxt. Maſcard. *de Probat. Vol.* 1. *qu 6. n. 102. & 104.* adeo, ut ſi quis condemnatus eſt, niſi intentionem ſuam titulis & documentis probaverit, eandem perſonis & teſtibus probare poſſit. vid. Godofr. *ad. all. l.* 1. *lit. K.* Eo ipſo itaque quo inſtrumenta noviter reperta ad noſtram probationem admittuntur, non poſſunt non admitti teſtes ſub hoc vocabulo comprehenſi. Habent enim in exercendis litibus eandem probandi vim & autoritatem teſtes ac Documenta, uti ipſe alias Diſſentiens Martini *Proc. tit. II.* §, *5. n. 19. ex l. 15. C. de fid. Inſtrum.* deducit, imo majorem, juxt. Maſcard. *de Probat. Vol.* 1. *qu. 5. n. 3.* Abb. & Dec. *ad rubr. X. de Teſt.* quaſi probatio illa Juri div. eſſet congrua, & vox viva firmior, quam mortua Maſcard. *all. l. n. 4. & 9.* Ayrer. Proc. *lib.* 1. *c. 2. obſ. 5. n.* 1. accedit, quod contra juramentum in litem indiſtincte noviter repertæ probationes admittantur *in l. 4.* §. *3. ff. de in lit. jur.* add. *l. 4. C. Si ex falſ. Inſtrum. &c.* verb. *manifeſtis probationibus &c.* quo ipſo teſtes excluſi eſſe non poſſunt, & ita per ſententiam JCtorum Wittemb. *Ao. 1693.* in cauſa A.D. contra C. J. S. obtinui, quæ ſententia per tres conformes confirmabatur.

Reſponſiones ad rat. Dub.

§. VII. His non obſtant rationes à Mullero *all. l.* collectæ. Nam 1) per vocabulum His Solis &c. non excluduntur teſtes, ſed eæ probationes, quæ noviter non ſunt repertæ, uti ex contextu apparet. Nec valet 2) argumentu:m Poſſunt teſtes ſubornari. Ergo non admit-

 tun-

tuntur in nova hac actione. Nam ſi ille metus excluderet teſtes à probatione noſtra cur non etiam excludit in alia cauſa. Imo poſſibile etiam ſine dubio eſt, ut quis falſa fabricet documenta, & aliorum manus exacte imitetur; Exinde autem generaliter non eſt inferendum: Ergo ob illum metum inſtrumenta contra præſtitum juramentum legale non admittuntur. Nec obſtat 3) quod juxta Berlich. *1. Concl. 38. n. 105.* probatio per teſtes non tam facili via expediatur ac per documenta; nam exinde probatio per teſtes non rejici poteſt, & dubito, annon æque expedita ratione confici poſſit ordinaria probatio per teſtes ac per documenta, cum contra horum recognitionem fere plures opponi ſoleant exceptiones quam contra perſonã teſtis, uti quotidiana fori experientia teſtatur. Imo nec ullibi exigitur, ut contrariũ in continenti probetur, ſed ordinarii probationum modi etiã hic admittendi.

An Probatio fiat per Confeſſionem

§. VIII. Sequitur Confessio, de qua videndum an probationem contra juramentum legale faciat. Diſtinguit, quamvis in alia juramenti ſpecie, Berl. *1. Concl. 35. num. 10.* & cum eo Martin. *Proc. tit. 18. §. 10. n. 84. aliique*, an confeſſio fuerit facta ante juramentum an poſt, quaſi in priori caſu confesſio non faciat probationem, bene autem in caſu poſteriori. Sed poſita contrarium contra juramentum noſtrum probandi licentia, cum pace tot JCtorum in utroque caſu affirmativam amplectimur; Nam ſi ante præſtitum juramentum confeſſio in facto probari non potuit. v. e. Si protocollum judicis fuerit deperditum, item ſi teſtes confeſſioni acceptatæ præſentes peregrinentur & ignorentur quod juxta *th. 1. cap. præſ.* ſemper præſupponimus, cur confeſſio poſtea reperta non eadem ratione faceret contra juramentum noſtrum probationem quam inſtrumentum, non appa-

paret ratio. Confeſſio enim maximopere in judicio competenti facta eſt maxima probationum. vid. Maſcard. de Probat. *concl.344. n. 1.ſqq.* Gail. *2. obſ. 106. num. 2.* & admittenda eſt contra præſumtionem juris & de jure cum veritatem innuat. vid. uber. Menoch. de præſumt. *lib. 1. præſ. 61. per tot.* adeo ut longe præponderet probationi per teſtes & inſtrumenta, quod ipſe alias diſſentiens Martin. in Proceſſ. *tit. 20. rubr. num. 79. 80. & 81.* ex Herculano, Klockio, Brunnemanno aliisque demonſtrat. Imo in confeſſum nullæ aliæ judicis partes ſunt, quam ut condemnet per *l. un C. de Confeſſ. ibique* Brunnem. Hahn ad Weſenbec. *tit. ff. de Confeſſis num. 1. ſqq.* Berlich. *1. Concl. 36. num. 11.* Si itaque per teſtes & documenta ante juramentum legale exiſtentia ſed poſtea demum reperta contra jurantem admittuntur, cur non etiam confeſſio judicialis, quæ eſt ab onere probandi relevatio. Idem & juris eſt in confesſione extrajudiciali altera parte præſente & acceptant factâ, vid. Carpz. *1. c. 16. def. 21. n. 4.* Brunnem. *ad l. un. C. de confeſſ. num. 8. & 9.* Jaſon. *ad l. 13. §. 2. ff. de Jurej. num. 7.* Maſcard. de probat. *vol. 1. Concl. 346. per tot.* add. Carocc. *de juram. lit. deciſ. qv. Prin. 10. qv. 5.* Caſtrenſ. *ad l. 31. h. l. num. 11. cc. fin.*

§. IX. An etiam contra juratam diffesſionem probatio contrarii per literarum comparationem fieri poſſit, jam inquirendum erit. Quod comparatio ſaltem ſemiplenam probationem inducat, ſtatuit Seraph. *de Priv. Juram. priv. 172. n. 2. & 3.* ibiq; Benekendorff. eſtq; fallax indicium & multi reperiuntur, qui exacte norunt inſcribendo alterius manum imitari, dicit Coler. Proc. Exec. *p. 3. c. 1. num. 90.* & Benekend. *all. l. n. 1.* hinc Dn. Schwendendorffer *ad Fibig. Proceſſ. p. 1. c. 2. membr. 3.* *An per Comparationem literarum.*

§. 2. *num. 308.* & ex eo Martin. Proc. *tit. 25.* §. 2. *num. 128.* ſtatuit, non admitti comparationem literarum, ſi juramentum præſtitum fuit; Nihilominus autem in caſu ſupra *cap. 2.* §. 9. *cc. fin.* allegato pronunciabatur contrarium & comparatio documentorum poſt juratam Monialium Diſſesſionem jam tum factam admittebatur a Dn. Roſtochienſibus hiſce formalibus: Würde Bkl. die *ſpecificirte* oder auch andere Urkunde und Beweißthümer gerichtlich beybringen / und durch Vergleichung derſelben mit der unter dem Jurato diffitirte contracte befindliche Unterſchrifft und Siegel beweiſſen / daß gedachter Contract richtig getroffen / ſo iſt er damit allerdings zuzulaſſen. Quæ ſententia poſtea à Dn. Wittebergenſibus, Helmſtadienſib9 & Gryphswaldenſibus confirmata fuit. Diffesſio enim jurata eſt juramentum legale vid. ſupr. *c.* 2. §. 8. & inſtar litis conteſtationis negativæ vid. Carpz. *lib. 4 Reſp. 9. num. 9.* Mev. *3. D. 172. num. 7.* quam ſubſequa ſolet probatio, vid. eleg. Harprecht. *Vol. I. conſ. Tubing. 37. n. 24. ſeqq.* Linck. *de juram. diffeſſ. c. 6. num.* 17. Mev. *cit. dec. 172. num. 8.* cujus ſpecies in civilibus hodie etiam comparatio literarum eſt, juxt. Mev. *deciſ. 278. num. 3. & 4.* Faber. *in C. lib. 4. tit.* 14. *def. ult. num. 2. ſeqq.* Brunnem. *ad l. 20. C. d. Fid. Inſtr. num. 1. ſqq.* Klock. *vol. 2. conſ. 44. num. 71. ſeqq.* Harprecht. *all. l. n 26.* & quidem in ſubſidium, ſi veritas alia ratione non poteſt erui per tradita DD. ap. Salic. *ad l. 20. c. de Fid. Inſtr. num. 9.* Carpz *proc. tit. 14. art. 3. num. 79.* Trentacinq. *Var. Reſol. lib. 2. Tit. de Fid. Inſtr. reſ. 7. pr.* Harprecht. *all. l. num. 38.* qua ratione autem ſcriptura, ad quam comparatio fit, ad effectum probationem inferendi comparata eſſe debeat vid. uber. Brunnem. *all. l. n. 2. ſqq.* Mart. *Proc. all. num. 126. ibique all.* it. quid comparatio-

tionem intendenti præſtandum ſit, vid. uber. Harprecht. *all. l. num. 37. ſqq.* ubi in toto conſilio plura ad hanc materiam ſpectantia reperiuntur. Hac autem theſi poſita negandum omnino eſt, omnem legalem comparationem ſolum præſumtionem aut ſemiplenam inducere probationem, quod Benekend. aliique all. volunt.

§. X. Idem juris eſt in facti evidentia poſt juramentum reperta, ſi per eam contrarium ejus probari poteſt, de quo juratum fuit, uti in terminis decidit Carocc. *de jur. lit. deciſ. qv. princ. 10. qv. 7.* Evidentia enim facti eſt ſpecies pleniſſimæ probationis, cum ibi factum tam evidens ſit judici, ut nulla tergiverſatione celari & veritas ſtatim cognoſci poſſit, vid eleg. Beuſt. *ad l. 31. n. 912. ſqq.* Mynſ. *2. obſ. 3.* Si itaque per inſtrumenta & teſtes cauſam ex integro agere licet, cur non etiam per facti evidentiam, quæ veritas eſt, & alias probationes antecellit. vid. Maſcard. de Prob. *vol. 1. qv. 8. num. 3. ſeqq* Bald. *in Rubr. de Probat. Col.* 1. *fin. Abbas in c. 1. x. de Purg. Canon.* Jaſon. *in l. 1. ff. de N. O. nunc*: adeo, ut Maſcard. *all. qv. n. 6. ſeqq.* adſerat, quod ſi lege caveatur, alicujus juramento ſtari & contrarium non probari debere, tamen non obſtante hac lege probatio per evidentiam facti locum habeat, quam opinionem autori relinquimus, add. Tiraqvell. *de Retract. §. 4. Gloſſ.* 1. *n. 13. n. 36.* *An per Facti Evidentiam.*

§. XI. Quid autem, ſi per actionem noviter inſtitutam contrarium non plane probatum, ſed ſolum contra jurantem præſumtio aliqua inducta fuit, annon hæc aliquid operetur? Negamus in caſu præſumtionis hominis & Juris, hæc enim in totum eliditur per illam Juris præſumtionem, quæ ex præſtito juramento legali orta eſt, juxt. *c. 1. th. 7. ſq.* Præſumtio autem per aliam æque fortem ac fortiorem eliſa, nullum in Jure effectum habet. *An per ſemiplenam probaio-t*

bet. vid. Menoch. *de Præſumt. lib. 1. qu. 30. per tot.* Frantzk. *ad tit. de Probat. n. 133.* Mev. *1. Dec. 72. n. 8.* Idem & ſtatuimus, ſi redintegrata actio ſemiplene ſolum probata eſt. Ubicunque enim ſemiplene probanti repugnat præſumtio Juris, uti eſt præſumtio ex jurejurando, ibi vis ſemiplenæ probationis per hanc eliſa eſt, & per conſequens nec ſuppletorio locus relinquitur, ſed plene probari debet. vid. pluribus Mynſ. *1. Obſ. 68. n. 5.* Faber. *lib. 4. tit. 1. def. 44. n. 13.* Berl. *1. Concl. 54. n. 50.* Roſenthal. *de Feudis 2. Concl. 56. n. 1.* Gloſſ. Accedit quod per novam hanc actionem intendatur reſciſſio & impugnatio prioris ſententiæ, quæ manifeſtas probationes requirit, nec ſuppletorium admittit, *add. l. 4. C. Si ex falſ. Inſtrum. &c.* vid. eleg. Jaſon. *in repet. l. 31. n. 289.* ubi objectiones diſtinctione repellit. Berlich. *all. concl. 54. n. 38.* Seraph. *de Priv. juram. priv. 33. n. 64. ibique Benckend. n. 60. ſeqq.* imo *in all. l. 31.* requiruntur ad novam hanc actionem inſtrumenta poſtea reperta, quibus *quis ſolis* uſurus eſt, Ergo non juramentum, quod ceſſat, ubi lex probationes evidentes requirit. vid. Beuſt. *ad h. l. n.* 274. *ſeqq.* Setſer. *de Jurej. lib. 4. c. 14. num. 15.* Mart. Proc. *tit. 30. n. 52.* ut taceamus, eum, qui juravit, per novam hanc actionem perjurii & ſic doli, infamiæque argui, quo caſu ſuppletorio locus non eſt, vid. Hillig. *ad Donell. lib. 24. c. 19. lit. T.* Berl. *all. Concl. 54. c. 51.* Muller. *ad Struv. Ex. 17. th. 43. lit. L. n. XVII.*

An ei, qui ſemelſe purgavit, de novo juramentum purgatorium imponi poſſit.

§. XII. Pari ratione negamus, eum, qui purgatorium præſtitit, in nova actione ad novam purgationem denuo condemnari poſſe. Si enim enim Actor novam ſuam intentionem nec ſemiplene potuit probare, certe illa juris fortiſſima præſumtio ex jurejurando orta, præſumtionem illam, quæ alias inferret purgatorium, in totum diluit. Imo ſi tunc demum purgatorium injun-

Digitized by Google

militant, qui e contra pro ſua defenſione nullas allegare ſcit, vid. *c. 7. & 20. c. 2. qv. 5.* Menoch. *lib. 2. arb. judic. quæſt. Caſ. 464. num. 10.* Tabor. *Racemat. Crim 4. in Reſponſo juris num. 31. p. m. 69.* apparet, ceſſare debere hoc juramentum ubi Reo ex jurejurando & ſententia abſolutoria præſumtio juris patrocinatur, add. Setſer *de Jurej. l. 3. cap. 11. num. 20.* quod ex verum in cauſa criminali & noviter formata inquiſitione.

§. XIII. Sed quid ſi ex integro agens tale factum probat, ex quo contra jurantem præſumtio juris & de jure inducitur? Certe putamus, eam præſumtionem, quæ in cauſa civ. eſt ſpecies ordinariæ probationis, & vel cum ipſa natura rei conſentit, vel lege ita eſt ſtabilita, ut pro ipſa veritate habeatur vid. Menoch. *de præſumt. lib. 1. qv. 3. per tot. & qv. 36. num. 1 & 2.* Mev. *4. deciſ. 355. n. 3.* Beuſt. *ad tit. de Jurejur. p. m. 613. n. 918.* imo regulariter probationem in contrarium non patitur, juxt. Carpz. *p. 3. Conſt. 17. def. 14. n. 2.* Men. *all. lib. 1. qv. 60. per tot.* Beuſt. *all. l. n. l. 920.* omninq contra præſtitum juramentum legale etiam valere & plenam inducere probationem, ita ut ſententia propter hanc juris & de jure præſumtionem eadem ratione ac propter probationen per teſtes & documenta retractari & reformari debeat.

An per præſumtionem Juris & de Jure

CAP. IV.

DE IPSA NOVA ACTIONE EJUSQUE EFFECTU

§. I.

INveſtiganda nunc eſt brevibus ex integro inſtituenda actio, ubi primo occurrit quæſtio; An ipſo jure an beneficio reſtitutionis integrum competat? Poſterior ſententia communnis eſt, quam ex *l. 33. ff. nis in in-*

An ipſo jure, an per modum reſtitutionis in integram

de Re jud. & l. 2. C. ſi ex falſ. Inſtr. defendunt Caſtrenſ. *ad h. l. num. 6.* Setſer de Jurejur. *lib 4. c. 17. th. 13.* Oddus de Reſtit. in integr. *qu. 74. art. 5.* & innumeri alii. Beuſt. *ad all. l. p. m. 756.* utriusque opinionis patronos equidem recenſet, ſed deciſionem firmam non addit, quamvis in formatione libelli ad reſtitutionem inclinet, quem & Martin Proc. *tit. 30. n. 146.* ſequitur. Sed contrariam opinionem amplector, & ſtatuo, Actionem hanc ipſo Jure compete, Datur enim in *all. l. 31. h. t.* ex conſtitutione Principum. Ergo ipſo jure *add.* §. *6. I. d. J. N. G. & C.* Et non beneficio reſtitutionis prætoriæ in integrum, quo is, qui ipſo Jure tutus eſt, non opus habet, add. Fachin. *lib. 2. Cont. 26.* Imo verba: *Ex integro cauſam agere &c.* non referuntur ad judicem, ſed ad partem, cujus eſt agere, & ex integro cauſa agi dicitur non per modum reſtitutionis, ſed ubi priſtina actio & cauſa ex integro tractanda conceditur, ac ſi ſententia nulla lata fuiſſet, add. *l. 25. ff. de dol. mal. & l. 14. C. de Transact.* quam opinionem uberius defendunt, Jaſon *ad ill. l. n. 6.* Treutl. *Vol. 1. Diſp. 21 th. 10. ibique* Bachov. *lit. E.* Carpz. *p. 1. Conſt. 15. def. 5. n. 5.* Muller. *ad Struv. Ex. 17. th. 56. n. VI.* Berl. *1. Concl. 53. n. 77.* Doll. *lib. 24. c. 19. num. ult.*

§. II, Huic opinioni non obſtat, *l. 33. de R. Jud. & l. 2. C. ſi ex falſ. Inſtr.* nam verba: *in integrum reſtitue. ex integro audiuntur. &c.* non neceſſario inferre ſpeciale illud reſtitutionis in integrum beneficium, ſed potius novam priſtinæ actionis conceſſionem, ex all. *l. 25. ff. de dol. & l. 14. C. de Transact.* deduximus; imo poſito, textus obſtantes allegatos loqui de reſtitutione in integrum, tamen loquuntur de alio caſu, ubi ſententia ad probationes per ſe veras plenasque, licet in individuo falſas lata fuit. E.

con-

contra redintegrata noſtra actio inſtituitur contra ſententiam ad privilegiatas & in ſe imperfectas probationes latam. Non ergo ſequitur: Contra ſententiam ex probationibus per ſe veris latam non niſi ſpeciale reſtitutionis in integrum beneficium *ex l. 35. ff. de Re Jud.* competit, Ergo contra ſententiam ex privilegiata probatione latam conceſſa actio non ipſo Jure, ſed beneficio Prætoris conceditur, cum facilius impugnetur ſententia ex ſpeciali Jure ad probationem privilegiatam lata, quam quæ ad probationes per ſe veras & perfectas juxta jus commune pronunciata fuit, vid. eleg. Jaſon *all. l. n. 7.* Berl. *all. Concl. n. 85.* quod & Beuſtius alias diſſententiens *in num. 31. ad h. l. agnoſcit.*

Fatale inſtituendi novam hanc actionem

§. III. Hinc fluit, quod noſtra actio noviter conceſſa non ad quadriennium reſtitutionis alligata ſit, ut diſſentientes & pro reſtitutione pugnantes non poſſunt non ſtatuere, ſed præſcriptione temporis longiſſimi ut reliquæ actiones tollatur *add. l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Putat equidem Berlich. *all. l. n. 89* redintegratam noſtram actionem nulli præſcriptioni ſubjacere, ſed ſemper etiam centum annorum ſpatio præterlapſo poſt noviter repertas probationes concedi poſſe. Aſt ratio ejus allegata nec in facto applicari, nec ex Jure defendi poteſt, nec apparet, cur actio noſtra ex conſtitutionibus competens ab omni præſcriptione ſine lege expreſſa exempta eſſe debeat.

An per modum Leuterationis quis ad probationem ſemet offerre poſſit.

§. IV. Qui itaque ex integro cauſam agere vult ſtatim, antequam ſententia juramentum legale ſubſecuta vires rei judicatæ fuerit adepta, is ſtricto Jure nec appellare nec leuterare poteſt. Nam intuitu novæ hujus actionis nondum gravatus eſt, ſine gravamine autem nec devolutivo, nec ſuſpenſivo remedio locus relinquitur.

 add.

add. Mev. *1. Deciſ. 13. n. 9.* Interim cum in caſu *ſupr. c. 2. §. 9.* relato contra ſententiam abſolutoriam actrix ſemet per modum leuterationis ad probationem contrarii offerret, ad hanc ſine ulteriori novæ actionis inſtitutione per quatuor conformes admiſſa eſt, quæ ſi non ſtricto Jure, tamen ex hoc aliquo modo defendi poteſt, quod habet Mev. *3. Deciſ. 172. n. 6. & 7.* & *p. 6. Deciſ. 278.*

Forma Libelli. §. V. Si autem poſt ſententiam decendium elapſum, & *ACtor* cortra reum ſemel abſolutum denuo acturus eſt, tunc format libellum ex priſtino jure & cauſa petendi, & vel nullam in eo ſententiæ latæ mentionem facit, replicæque reſponſionem reſervat, ſi reus exceptionem rei judicatæ forſan oppoſiturus eſt, vel libello eum per modum anticipationis inſerit, annectendo, non obſtante judicato per noviter repertas probationes ex integro ſibi licere agere, quo formula à Mart. *all. l. n. 150.* præſcripta tendit, quam non improbamus, modo verba ad reſtitutionem tendentia exterminentur. Si autem *Reus* poſt ſententiam condemnatotiam contra actorem ejusque juramentum agere intendit, tunc ante omnia priori judicato ſatisfacere tenetur, cum exceptio perjurii adhuc illiquida ſit, & ſic executionẽ rei judicatæ non impediat, uti Dn. Wittenbergenſes in caſu ſupr. *c. 3. §. 9.* relato Ao. 1688. hiſce formalibus pronunciaverunt: **weiln Kl. die Documenta jurato diffitirt/ ſo iſt Beklag. des libellirte Brauhauß** cum fructibus à tempore litis perceptis **abzutrethen ſchuldig/ es verbleibet aber demſelbem ſeine habendte** exceptionem perjurii **wieder die Kl. in der** Reconvention **abſonderlich auszuführen unbenommen/** quæ ſententia pluribus in Rationibus decidendi deducta, ſed tamen à JCtis Gryphswaldenſibus & Helmſtadienſibus & Helmſtadienſibus reformata, fuit, qui pronunciabant:

bant: daß Bekl. bey der Poſſeſſion des quæſtionirten Brauhauſes Zeit wehrenden Contra juraram diffeſſionem angezielten Beweiſſes zu ſchützen ſey/ quæ pronunciatio tamen nec ex rationibus adductis nec ex Mevii locis ex *p.5. Deciſ. 172. n. 6. & p. 6. Deciſ. 278.* allegatis defendi poteſt. Judicato itaque ad executionem deducto Reus noviter acturus vel condictionem indebiti, vel actionem realem aliamve pro re nata inſtituit & rei judicatæ exceptionem vel ſtatim in ipſo libello, vel demum in Replica per ſæpius *all. l. 31. h. t.* repellit. Doli autem ſimul mentionem facere & in ſpecie de hoc concipere libellum, non neceſſarium, nec proficuum putamus; Cum enim lex noſtra nil niſi noviter inventam probationem ad redintegrationem actionis requirat, cur quis præter neceſſitatem doli probationi ſe ſubjiciat ratio non eſt, add. ſupr. *capr. c. 1. §. 14. & c. 3. §. 1.*

§. VI. Inſtituta nunc actione factaque Litis conteſtatione & probatione ac reprobatione abſoluta, ſequitur ſententia, eaque ſi actor ſuam intentionem plene non probavit abſolutaria, quæ interdum, ſi executive aut poſſeſſorie actum fuit, actionem ordinariam ſalvam relinquit. Sic cum in caſu de quo *c. 2. §. 9.* princ. actum fuit ad ſalvanda Arreſti Jura contra Arreſtati diffeſſionem juratam actrix ad probationem contrarii ſemet offerret, pleneautem in ſuſcepta probatione demonſtrare non valeret: Daß die *Obligation* mit des *Arreſtanten* wiſſen geſchrieben/ und Er/ da Er Sie unterſchrieben/ *ſanæ mentis* geweſen ſey; ſuccumbebat equidem in Proceſſu Arreſtatorio & pronunciabatur: daß *Arreſtantin* des dem Beklagten angeſchuldigte *perjurium*, welches ihr zuerweiſſen obgelegen und ſie ſich angemaſſet/ nicht erwieſen/ dahero es bey den am 18. Octobris 1692. *publicirten Judicato* ſchlech-

Quid ſi in nova actione non plene probatum eſt.

ter Dinges zulaſſen/ Sed quia ex probatione ſuſcepta Judici de debito ipſo plus quam ſemiplene conſtabat, adjiciebatur: Jedoch bleibet der Klägerin ihre wider den Beklagten habende *prætenſion actione ordinaria* zu ſuchen und auszuführen unbenommen / in quo ordinario tantum etiam probaverat actrix, ut hæredibus ejus ſuppletorium juramentum poſtea injunctum fuerit.

Si nova actio plene probata eſt

§. VII. Si vero is, qui ex noviter repertis probationibus egit, plene redintegratam ſuam actionem probat, tunc Reus ſecundum petita ejus ad omnem cauſam condemnatur. vid. Ordin Crim. Carol. *art. 107.* ibique Claſen.] *verſ. diſtinguit Imperator &c.* Tiber. Decian. *Tract. Crim. lib. 6. c. 13. n. 27.* & inſuper ob perjurium doloſum infamia, vid. Claſen. *all. l. verſ. qualis autem Infamia &c. p. m. 395.* Carpz. pr. Crim. *qu. 46. n. 17. & 18. & p. 1. Conſt. 14. def. 6. n. 3.* Seraphin. *de priv. Juram. priv. ult, n. 7. ibique Benekend. n. 89.* Decian. *all. c. 13. n. 12. ſeqq.* eaque pœna, quam Imperator Carol. V. *in Ord. Crim. art. 107.* perjuriis ejusmodi deliberatis in judicio commiſſis dictavit, ſtricto jure merito punitur, vid. uberius Carpz. *all. qu. 46. n. 52. ſeqq.* Setſer. de Jurej. *lib. 1. cap. ult. n. ult.* Rauchb. *p. 2. qu. 3. n. 44. ſeqq.*

Condemnatur Reus ad petita Actoris & punitur.

an perjurium jure civ. fuerit punitum

Imo perjurium etiam Jure Civ. pœnæ Civili ſubjectum fuiſſe *ex l. pen. C. de dign. l. 41. C. de Trans-act. Nov. 117. c. 11. l. 21. ff. de dol. mal. l. fin. ff. Stellion. l. 13. §. fin. l. 28. §. fin. ff. de Jurej.* aliisque text. apparet vid. Vultej. *Comm. ad tit. de Action. §. 10. num. 20. ſeqq.* Nam quod alii *ex l. 2. C. de Reb. Cred.* colligere velint, ac ſi perjurium jure civ. non fuiſſet punitum, illud (a) ex hoc contextu non probatur, nec ſequitur: Jurisjurandi contemta religio ſatis Deum ultorem habet. Ergo non punitur in foro Civ. quacunque

que etiam ratione argumentum hoc defendere velint diſſentientes, vid. Brunnem. *ad h. l. num. 12.* Ejusdem ponderi eſt, quod (b) dicant per perjurium nec directe, nec indirecte peccari contra proximum, ſed ſolum contra Deum, qualia delicta ab omni pœna civ. eximit, Grot. *lib 2. de jur. B. & P. c. 20. §. 20.* ex quo fonte & Schröter *in Reſol. LL. diffic. c. p. m. 157. vll. l. 2. C. de R. Cr.* defendit. Nam illi opinioni Grotii opponimus blaſphemiam, ebrietatem, maſtrupationem &c. quæ revera non proximum, ſed ſolum Deum lædunt, & tamen pœnæ civ. ſubjacent. ut taceamus, locum hunc Grotii ad caſum noſtrum non quadrare, cum nemo negaverit, eum, qui in juramento legali doloſe & deliberato pejeravit, peccare immediate contra proximum, cui per perjurium aliquid abſtulit, accedit (c) quod plerique Dd. ut *l. 2. C. de reb. Cr.* cum aliis textibus concilient, eam non de deliberato nec judiciali, ſed de inconſulto & ex calore extrajudicialiter præſtito juramento intelligant, & ex ſubſequentibus verbis id colligere velint. Imo (d) ipſe diſſentiens Carpz. *all qu. n 22. & p. 4. c. 48. def. 9.* negativam ſuam de certo pœnæ genere perjurio determinato intelligit, & eo ipſo pœnam noſtram extraordinariam admittit. ad Bachov. ad Treutler. *Ex. 21. th. 8. lit. B. verſ. explicanda autem &c.* varias interim explicationes & limitationes *all. l. 2. C. de reb. Cred.*) collegit Carocc. *de Juram. litis deciſ. qu. pr. 9. qu. 3. per tot.* Rauchb. *p. 2. qu. 3. num. 36. ſeqq.* Tiber. Decian. *all. c. 13. num. 2. ſqq.* Muller. ad Struv. *Ex. 17. th. 54. lit. g.* Menoch. *arb. Jud. qu. lib. 2. c. 319.* aliique, quo lectorem remittimus, & certi ſumus, de jure hodierno rem claram & perjurium pœnæ civ. ſubjectam eſſe de quo vid. Brunnem, *ad all. l. 2. n. ult.* Carpz. Rauchbar. aliique Dd. jam allegati.

§. VIII.

Punit etiam Eccleſia perjurum

§. VIII. Quomodo vero apud alias gentes perjurium fuerit punitum, vid Pufend. *de jur. Nat. lib. 4. c. 2.* §. *1. ſeqq.* Benekend. ad Seraphin. *priv. 174. n. 192. ſqq.* Decianus *all. c. 13. num. 33. ſeqq.* de Judæo in Chriſtiana Republ. pejerante, add Mynſing. *6. obſ. 20.* Imo etiam Eccleſia ſibi pœnam in perjurum vindicat; Si enim *Clericus* eſt, deponitur ab ordine & beneficio ut infamis, per *c. 10. X. de jud. c. 12. diſt. 81.* quod multo magis in ſolo Electo valet, cui confirmatio denegatur. vid. Decian. *all. c. 13. n. 5. ſeqq. ibique all.* Si *Laicus* eſt, præter pœnas civ. etiam pœnitentia Eccleſiaſtica ipſi injungitur, vid. Muller. *in diſſ. de Pœniten. Eccleſiaſt. c. 4. n. 40. ſeqq. & Ordin. Eccleſiaſt. Magdeburg. c. 22.* §. *7.* Cœterum de ipſo perjurio quid ſit, quot ejus ſpecies, de atrocitate hujus delicti, qui ſint per juri, & de excuſatione ejus, deque requiſitis in hoc proceſſu & ejus pænis videatur Decian. *all. tract. lib. 6. a cap. 7. usque 13.* quo lectorem remittimus, & divino Numini pro viribus in conſcribendis hiſce theſibus clementiſſime conceſſis devota mente grates perſolvimus.

SOLI DEO CLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE